





143

# ORATIONES ad plenum col-
lectę ſummaqꝫ dili-
gentia emendatę: in
ſuper ⁊ aliquę q̄ de-
fuerat additę: quę ꝑ
totū annum ī ſancta
eccleſia cantantur.

¶ Cum priuilegio
imperiali.

Biblioteca Diputación de Vizcaya
@ Bizkaiko Foru Liburutegia

¶Dominica prima aduentus. Oratio.

EXcita queſumus domine poteſtiam tuam et ve
ni:vt ab imminentibus peccatorum noſtrorū
periculis te mereamur protegente eripi:te libe
rante ſaluari. Qui viuis & regnas. Sacra.
Hæc ſacra nos domine potenti virtute mundatos : ad ſui
faciant puriores venire principiū.Per do. Poſt cōmu.
Suſcipiamus domine miſericordiam tuam ī medio tem
pli tui:vt reparationis noſtræ uentura ſolemnia:congruis
honoribus pręcedamus.Per dominum noſtrum.

¶Dominica ſecunda. Oratio.

EXcita domine corda noſtra ad præparandas vnige
ti tui vias:vt per eius aduentum purificatis tibi men
tibus ſeruire mereamur.Qui tecum viuit Sacra.
Placare queſumus domine humilitatis noſtræ precibus
& hoſtiis: & vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorū:tuis
nobis ſuccurre p̄ſidiis.Per dominum. Poſt commu.
Refecti cibo ſpiritualis alimoniæ ſupplices te domine de-
precamur:vt huius participatiōe miſterii: doceas nos ter
rena deſpicere & amare celeſtia.Per dominum noſtrum.



¶Dominica tertia. Oratio.

AVrem tuam quęſumus domine p̄cibus noſtris ac-
commoda : & mentis noſtræ tenebras gratia tuæ viſita-
tionis illuſtra. Qui viuis & regnas. Sacra.
Deuotionis noſtrę tibi quęſumus domine hoſtiæ iugi-
ter immoletur:quæ & ſacri pagant inſtituta miſterii:& ſa-
lutare tuū nobis mirabiliter operent̄.Per. Poſt cōmu.
Imploramus domine clementiam tuam : vt hæc diuina
ſubſidia a vitiis expiatos.ad feſta vētura nos p̄pararēt.Per.

¶Feria quarta quattuor temporum. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt redemptio-
nis noſtrę ventura ſolemnitas: & p̄ſentis vitæ nobis
ſubſidia cōferat & ęternæ beatitudinis p̄mia largiat̄.Per.

Feſtina quęſumus domine ne tardaueris:& au- Oratio.
xilium nobis ſupernæ virtutis impende : vt aduentus tui
cōſolationibus ſubleuētur :q in tua pietate cōfidūt.Qui.
Accepta tibi ſint quæſumus domine noſtra ieiu Sacra.
nia: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiāt;& ad
promiſſa ſempiterna perducant.Per do. Poſt commu.
Salutaris tui domine munere ſaciati ſupplices dep̄camur:
vt cuius letamur guſtu renouemur effectu.Per dominū.

¶Feria ſexta. Oratio.

EXcita quæſumus domine potentiam tuam & veni:
vt hi qui in tua pietate confidunt: ab omni citius ad
uerſitate liberentur.Qui viuis et regnas. Sacra.
Muneribus noſtris queſum⁹ dn̄e precibuſq; ſuſceptis: et
cœleſtib⁹ nos mūda myſteriis:& clementer exaudi.Per.
Tui nos domine ſacramenti libatio ſan- Poſt cōmu.
cta reſtauret:& a vetuſtate purgatos in myſterii ſalutaris fa
ciat tranſire conſortium.Per do. ¶Sabbato. Oratio.

ODeus qui conſpicis quia ex noſtra prauitate affligi-
mur:concede propitius:vt ex tua viſitatione conſo-
lemur.Qui viuis & regnas deus. Oratio.
Concede quęſumus omnipotens deus:vt qui ſub peccati
iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur:expectata vnigeni
ti tui noua natiuitate liberemur.Per eundem. Oratio.
Indignos nos q̄ſumus domine famulos tuos: quos actio
nis propriæ culpa contriſtat : vnigeniti filii tui aduentus
letificet.Qui tecum viuit &. Oratio.
Pręſta quęſumus omnipotens deus:vt filii tui ventura ſo-
lēnitas:& præſentis nobis vitæ remedia conferat:& pre-
mia æterna concedat.Per eum. Oratio.
Preces populi tui quęſumus domine clemēter exaudi : vt
qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur pietatis tuæ viſi-
tatione conſolemur.Qui vi. Oratio.
Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: con-



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

cede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma
vitiorum. Per dominum noſtrum. Sacra.
Sacrificiis pręſentibus domine quęſumus placatus inten
de: vt & deuotioni noſtrę proficiant: et ſaluti. p. Poſt cō.
Quęſumus domine deꝰ noſter: vt ſacro ſancta myſteria:
quę pro reparationis noſtrę munimine contuliſti: & prę
ſens nobis remedium eſſe facias & futurum. Per dn̄m.

¶ Dominica quarta. Oratio.

EXcita domine potentiam tuam & veni: & magna
nobis virtute ſuccurre: vt per auxilium gratiæ tuæ:
quod noſtra peccata præpediunt: indulgentia tuæ pro-
pitiationis acceleret. Qui viuis. Sacra.
Sacrificiis ꝑſentibus dn̄e q̄ſumus placatus intende: vt &
deuotiōi noſtrę proficiant & ſaluti. per dn̄m. Poſt cō.
Sumptis quęſumus domine muneribus: vt cum frequen
tatione myſterii: creſcat noſtræ ſalutis effectus. per dn̄m.

¶ In vigilia natalis domini. Oratio.

DEus q nos redeptionis nr̄ę annua expectatiōe lętifi
cas: pręſta vt vnigenitū tuū quē redemptorem lęti ſuſcipi
mus: veniētē q̄q; iudicē ſecuri videamꝰ dn̄m nr̄m. Qui.
Da nobis q̄s oīpotēs deꝰ: vt ſicut adorāda filii tui. Sacra.
natalicia ꝓuenimus: ſic eius munera capiamꝰ ſempiterna
Da nobis dn̄e q̄ſumus vnige (gaudētes. Qui. Poſt cō.
niti filii tui recenſita natiuitate reſpirare: cuius cœleſti my-
ſterio paſcimur & potamur. per eundem dominum.

¶ Ad gallicantum. Oratio.

DEus qui hāc ſacratiſſimā noctē veri lumīis feciſti il
luſtratiōe clareſcere: da q̄ſumus: vt cuius lucis myſteria in
terra cognouimꝰ eiꝰ quoq; gaudiis ī cœlo ꝑfruamur. p.
Accepta tibi ſit q̄s dn̄e hodiernę feſtiuitatis obla- Sacra.
tio vt tua gr̄a largiēte: ꝑ hęc ſacroſancta cōmertia: in illius
inueniamur forma: in quo tecū eſt noſtra ſubſtātia. Qui.
Da nobis quęſumus dn̄e deus noſter: vt qui Poſt com.

natiuitatem dn̄i noſtri ieſu chriſti nos frequentare gaude-
mus: dignis cōuerſationibꝰ ad eius mereamur peruenire
conſortium. Qui tecū. ¶ In luce. Oratio.

DA quęſumus omnipotens deꝰ vt qui noua incarna-
ti verbi tui luce ꝑfundimur: hoc ī noſtro reſplēdeat
opere quod ꝑ fidē fulget in mente. per eūdem. Oratio.
Da quæſumus omnipotens deus: vt qui beatæ anaſtaſiæ
martyris tuæ ſolemnia colimus: eius apud te patrocinia
ſentiamus. Per dominum noſtrum. Sacra.
Munera noſtra quęſumus dn̄e natiuitatis hodiernę my-
ſteriis apta proueniant: vt ſicut homo genitus idem reful
ſit deus: ſic nobis hæc terrena ſubſtantia cōferat quod di-
uinum eſt. per eum. Sacra.
Accipe quęſumus domine munera dignanter oblata: &
beatæ anaſtaſię ſuffragatibus meritis ad noſtrę ſalutis au
xilium prouenire concede.; Per dominum noſtrum.
Huius nos domine ſacramenti ſem- Poſt commu.
per nouitas natalis inſtauret: cuius natiuitas ſingularis hu
manam repulit vetuſtatem. Per eundem.
Satiaſti domine familiam tuam mu- Poſt communio.
neribus ſacris: eiusquæſumus interuentione nos refoue:
cuius ſolemnia celebramus. Per dominum noſtrum.

¶ In die. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens deus: vt nos vnige
niti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub pec-
cati iugo vetuſta ſeruitus tenet.. Per eundem. Sacra.
Oblata domine mūera noua vnigeniti tui natiuitate ſan-
ctifica: noſq; a peccatorum noſtrorum maculis emun-
da. Per eundem dominum. Poſt communio.
Præſta quæſumus omnipotens: vt natus hodie ſaluator
mundi: ſicut diuine nobis generationis eſt autor ita &
immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit.

¶ Dominica infra octauas natalis domini. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filii tui mereamur banis operibus abundare. Per eundem. Sacra.
Concede quæſumus domine: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatũ: & gratiam nobis deuotionis obtineat: et effectum beatæ perennitatis acquirat. Per. Poſt commu.
Per huius domine operationem myſterii: et vitia noſtra purgẽtur: & iuſta deſideria compleantur. Per dominum.

¶ In die circuncīſionis. Oratio.

DEus qui nos nati ſaluatoris diem celebrare concedis octauum: fac nos quęſumus eius perpetua diuinitate muniri: cuius ſumus carnali cõmertio reparati. Qui. Sacra.
Pręſta quęſumus domine: vt per hęc munera quę domini noſtri ieſu chriſti arcanę natiuitatis myſterio gerimus: purificatę mentis intelligentiam conſequamur. Per eũ.
Pręſta quęſumus domine: vt quod ſaluatoris noſtri iterata feſtiuitate percepimus: perpetuæ nobis redemptionis conferat medicinam. Per.

¶ In vigilia epiphanię domini. Oratio.

COrda noſtra quęſumus domine venturæ feſtiuitatis ſplendor illuſtret: quo mundi huius tenebris carere valeamus: & perueniamꝰ ad patriã claritatis æternę. p.
Tribue quęſumus domine: vt eum præſentibus immolemus ſacrificiis: & ſumamus quem venturæ ſolemnitatis pia munera pręloquuntur. Dominum no. Poſt com.
Illumina quęſumus domine populum: & ſplendore gratię tuę cor eius ſemper accende: vt ſaluatorem ſuum & inceſſanter agnoſcat: & veraciter apprehendat ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

In die epiphanię. Oratio.

DEus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: concede propitius: vt iam te ex fide cognouimus: vſqꝫ ad contemplandam ſpeciem tuę celſitudinis perducamur. Per eundem. Sacra.
Eccleſię tuæ quæſumus domine dona propitius intuere: quibus non iam aurũ thus & myrrha ꝓfertur: ſed quod eiſdẽ muneribus declaratur: immolatur & ſumitur. Per.
Præſta q̃ſumus oĩpotens deus: vt quę ſolenni celebramus officio: purificate mentis intelligentia cõſequamur. Per.

¶ Dominica infra octauas epiphaniæ Oratio.

VOta quæſumus domine ſupplicantis populi cœleſti pietate ꝓſequere: vt & quæ agenda ſunt videant: & ad implenda quę viderint conualeſcant. Per. Sacra.
Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper & muniat. Per dominum noſtrum. Poſt commu.
Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis refficis ſacramentis: tibi etiam placitis moribus dignãter deſeruire concedas. Per dominum noſtrum.

¶ In octauis epiphaniæ. Oratio.

DEus cuius vnigenitus in ſubſtantia noſtrę carnis apparuit: pręſta quęſumus vt per eum quem ſimilem nobis foris agnouimꝰ: intus reformari mereamur. Qui. Sacra.
Hoſtias tibi domine pro nati filii tui apparitione deferimus: ſuppliciter exorantes: vt ſicut ipſe noſtrorum autor eſt munerum: ita ipſe ſit miſericors & ſuſceptor ieſus chriſtus dominus noſter. Qui tecum. Poſt commu.
Cœleſti lumine quęſumus domine ſemper & vbiqꝫ nos pręueni: vt myſterium cuius nos participes eſſe voluiſti: & puro cernamꝰ intuitu: & digno ꝑcipiamꝰ effectu. per.

¶ Dominica ſecunda poſt octauas epiphaniæ. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne deus qui cœleſtia ſimul & terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clemẽter exaudi: & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per.
Oblata domine munera ſanctifica: noſqꝫ a peccatorum noſtrorum maculis emũda. Per dñm noſtrũ. Poſt com.
Augeatur in nobis domine quęſumus tuæ virtutis ope-



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

ratio: vt diuinis vegetati ſacramentis: ad eorum promiſſa
capienda tuo munere præparemur. Per dn̄m noſtrum.
¶Dominica tertia. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus infirmitatem noſtrā
propitius reſpice atqꝫ ad protegendum nos dexterā
tuę maieſtatis extende. per dominum noſtrum. Sacra.
Hęc hoſtia dn̄e quęſumus emūdet nr̄a delicta: & ad ſacri-
ficiū celebrandū ſubditorū tibi corpora menteſqꝫ ſancti-
ficet. Per. Poſt cō.
Quos tantis domine largiris vti
myſteriis: q̄ſumꝰ & effectibus eorum veraciter aptare di-
gneris. per dn̄m. ¶Dominica quarta. Oratio.
DEus qui nos in tantis periculis conſtitutos pro hu-
mana ſcis fragilitate nō poſſe ſubſiſtere: da nobis ſa-
lutem mentis & corporis: vt ea quæ pro peccatis noſtris
patimur: te adiuuante vinçamus. per dominū. Sacra.
Concede quęſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificii
munus oblatum fragilitatē noſtram ab omni malo pur-
get ſemper & muniat. per dominum. Poſt cōmu.
Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediāt:
& cœleſtibus ſemper inſtruant alimentis. per dominum.
¶Dominica quinta. Oratio.
FAmiliam tuam quæſumus domine continua pieta-
te cuſtodi: vt quę in ſola ſpę gratię cœleſtis innititur
tua ſemper protectione muniatur. per dominū. Sacra.
Hoſtias tibi dominę placationis offerimus: vt & delicta
noſtra miſeratus abſoluas: & nutātia corda tu dirigas. per.
Quæſumꝰ oīpotens deus: vt illiꝰ ſalutaris ca- Poſt cō.
piamꝰ effectū: cuiꝰ per hęc miſteria pignꝰ accepimus. ꝑ.
¶Dominica ſexta. Oratio.
COnſerua q̄ſumꝰ dn̄e populū tuū: & nomini tuo ſac
deuotū: vt diuinis ſubiectꝰ officiis & tēporaliter vi-
uat & æterna dona percipiat. per dn̄m. Sacra.
Hęc nos oblatio q̄s dn̄ę mundet et renouet: gubernet et

protegat. per dominum noſtrum. Poſt cōmu.
Cœleſtibꝰ paſti delitiis quęſumus dn̄e: vt ſemꝑ viuēdo ꝑ
quæ veraciter viuamus appetamus. per dominū.
¶Dn̄ica in. lxx. Oratio.
PReces populi tui q̄s
dn̄ę clemēter exaudi: vt q̄ iuſte ꝓ peccatis nr̄is affligi
mur: ꝓ tui noīs gloria miſericorditer liberemur. ꝑ. Sacra.
Muneribus noſtris q̄s dn̄e precibuſqꝫ ſuſceptis: et cœleſti
bus nos mūda myſteriis et clemēter exaudi. per. Poſt cō.
Fideles tui deus ꝑ tua dona firmētur: vt eadē et percipien
do requirant: et querēdo ſine fine percipiant. per domi.
Dominica in. lx. Oratio.
DEus qui cōſpicis qa ex nulla nr̄a actione cōfidimꝰ:
concede propitius: vt contra aduerſa oīa doctoris
gentium protectione muniatur. per do. Sacra.
Oblatū tibi dn̄e ſacrificiū viuificet nos ſēꝑ: et muniat. ꝑ.
Supplices te rogamꝰ oīpotens deus: vt q̄s tuis Poſt cō.
reficis ſacramētis: tibi etiā placidis moribꝰ dignāter deſer
uire concedas. Per. Dn̄ica in quinquageſima. Oratio.
PReces nr̄as q̄s dn̄e clemēter exaudi: atqꝫ a peccatoꝝ
vīculis abſolutos: ab omī nos aduerſitate cuſtodi. ꝑ.
Hęc hoſtia dn̄e q̄s emūdet nr̄a delicta: et ad ſacri Sacra.
ficiū celebrādū ſubditoꝝ tibi corpa mēteſqꝫ ſanctificet. ꝑ.
Quęſumꝰ oīpotens deꝰ: vt qui cœleſtia alimēta Poſt cō.
ꝑcepimꝰ: per hęc contra omnia aduerſa muniamur. per.
Feria quarta in capite ieiunii. Oratio.
PRęſta dn̄e fidelibꝰ tuis: vt ieiunioꝝ venerāda ſolēnia
et cōgrua pietate ſuſcipiāt: et ſecura deuotiōe ꝑcurrant. ꝑ.
Fac nos q̄s dn̄e his muneribꝰ offerēdis cōueniēter aptari:
qbꝰ ipſiꝰ venerabilis ſacramēti celebramꝰ exordiū. per.
Percepta nobis dn̄e p̄beāt ſacramēta ſubſidiū: vt Poſt cō.
et tibi grata ſint nr̄a ieiunia: et nobis ꝓficiāt ad medelā. ꝑ.
Inclinātes ſe dn̄e maieſtati Sup populū. Oratio.
tuæ propitius intende: vt qui diuino munere ſunt refecti

Diputación de Vizcaya Biblioteca
@ Bizkaiko Foru Liburutegia

cœleſtibus ſemper nutriantur auxiliis. Per dominum.

¶Feria quinta. Oratio.

DEus qui culpa offenderis: pœnitentia placaris: præces populi tui ſupplicantis ꝓpitius reſpice: & flagella tuę iracūdię q̄ ꝑ pctis nr̄is iuſte meremur auerte. p. Sacra.

Sacrificiis pręſentibus domine quęſumus placatus intende: vt & deuotioni nr̄æ proficiant & ſaluti. Per. Poſt com.

Cœleſtis doni benedictione percepta: ſupplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & ſacramēti cauſa ſit & ſalutis. Per. Sup populum. Oratio.

Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus in tua miſeratione reſpiret. Per dominum.

Feria ſexta. Oratio.

INchoata ieiunia quæſumus domine benigno fauore proſequere: vt obſeruātiam quam corporaliter exhibemus: mentibus etiā ſynceris excere valeamus. Per. Sacra.

Sacrificiū domine obſeruantię paſchalis offerimus: pręſta quęſumus: vt & tibi mentes noſtras reddat acceptas: et cōtinētię prōptioris nobis tribuat facultatē. per. Poſt cō.

Spiritum nobis domine charitatis infunde: vt quos vno cœleſti pane ſatiaſti: tua facias pietate concordes. Per. d. in vnitate eius. Super populum. Oratio.

Tuere domine populum tuum: & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduerſitas: ſi nulla dominetur iniquitas. Per dominum noſtrum.

Sabbato. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris & cōcede: vt hoc ſolēne ieiunium quod animis corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt: deuoto ſeruitio celebremus. Per dominum noſtrum. Sacra.

Prępara nos quæſumus domine huius abſtinentiæ feſtiuis officiis: vt hęc ſacrificia veneranda ſobriis ſemꝑ mentibus celebremus. Per dominum no. Poſt commu.

Biblioteca ... (library stamp)



Cœleſtis vitę munere vegetati: q̄ſumus domine: vt quod eſt nobis in p̄ſenti vita myſteriū fiat ęternitatis auxiliū. p.

Super populum. Oratio.

Fac nos quęſumus domine ſalutis noſtræ cauſas: & deuotis ſemper frequentare ſeruitiis: & deuotiōe recolere principaliter inchoatas. Per dominum noſtrum.

¶Dominica prima in quadrageſima. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam annua quadrageſimali obſeruatione purificas: pręſta familiæ tuę: vt quod a te obtinere abſtinēdo nitit̄: hoc bonis operib⁹ exequat̄. p.

Sacrificium quadrageſimalis initii ſolēniter Sacra. immolamus: te domine deprecantes: vt cum epularum reſtrictione carnalium a noxiis quoq; voluptatibus temperemur. Per dominum noſtrum. Poſt commu.

Tui nos dn̄e ſacramēti libatio ſācta reſtauret: & a vetuſtate purgatos in myſterii ſalutaris faciat trāſire cōſortiū. Per.

¶Feria ſecunda. Oratio.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter: & vt nobis ieiunium quadrageſimale proficiat: mētes noſtras cœleſtibus inſtrue diſciplinis. Per dominum no. Sacra. [i. predicacionem]

Munera tibi domine oblata ſānctifica: noſq; a peccatorū noſtrorum maculis emunda. Per dominū. Poſt com.

Salutaris tui domine munere ſatiati: ſupplices te rogam⁹: vt cuius lętamur guſtu renouemur effectu. Per dominū.

¶Super populum. Oratio.

Abſolue quæſumus domine noſtrorum vincula peccatorū & quicquid pro eis meremur propitius auerte. per.

¶Feria tertia. Oratio.

REſpice domine familiam tuam & pręſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat: quę ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominum noſtrum. Sacra.

Oblatis quęſumus domine placare muneribus: & a cunctis nos defende periculis. Per dominū. Poſt commu.

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

Quæſumus omnipotẽs deus: vt illius ſalutaris capiamus
effectum: cuius per hęc myſteria pignus accepimus. per.
Aſcendant ad te preces noſtrę: Sup populũ. Or̄o.
& ab eccleſia tua cunctam repelle nequiciam. per dñm.
Feria quarta. Oratio.
PReces nr̄as q̄s dñe clęmẽter exaudi: et cõtra cũcta no
bis aduerſãtia dexterã tuę maieſtatis extẽde. ꝑ. Or̄o.
Deuotionẽ populi tui q̄s dñe benignꝰ intẽde: vt q ꝑ ab⸗
ſtinẽtiam macerant̄ in corpore: ꝑ fructũ boni operis refi
Hoſtias tibi dñe placatiõis offe⸗ ciant̄ in mẽte. ꝑ. Sac.
rimꝰ: vt & delicta noſtra miseratꝰ abſoluas: & nutãtia cor⸗
Tui dñe perceptione ſacra⸗ da tu dirigas. per. Poſt cõ.
menti & a noſtris mundemur occultis & ab hoſtiũ libe⸗
remur inſidiis. per dñm. Super populum. Oratio.
Mentes noſtras q̄s dñe lumine tuę claritatis illuſtra: vt vi⸗
dere poſſimus q̄ agenda ſunt: & quæ recta ſunt agere va⸗
leamus. per dñm. Feria quinta. Oratio.
DEuotionẽ populi tui q̄s dñe benignus intende: vt q
ꝑ abſtinentiã macerantur in corpore: per fructum
boni operis reficiantur in mente. per dñm. Sacra.
Sacrificia dñe q̄s ꝓpitiꝰ iſta nos faluẽt: q̄ medicinalibꝰ ſũt
inſtituta ieiuniis. per dñm. Poſt commu.
Tuorum nos domine largitate donorũ: & tẽporalibus at
tolle p̄ſidiis: & renoua ſempiternis. ꝑ. Sup populũ. Or̄o.
Da q̄ſumus dñe populis chriſtianis: & q̄ profitent̄ agno
ſcere: & cœleſte munus diligere quod frequentant. per do.
Feria ſexta. Oratio.
ESto dñe propitiꝰ plebi tuę: & quã tibi facis eſſe de⸗
uotam: benigno refoue miseratꝰ auxilio. ꝑ. Sacra.
Suſcipe q̄s dñe munera nr̄ę oblata ſeruitutis: & tua ꝓpitiꝰ
Per huiꝰ dñe opationẽ my⸗ dona ſanctifica. ꝑ. Poſt cõ
ſterii: & vitia noſtra purgentur: et iuſta deſideria cõpleantur. per dominum. Super populum. Oratio.

Exaudi nos miſericors deus: et mentibus noſtris gratiæ
tuę lumen oſtende. ꝑ. Sabbato. Oratio.
POpulum tuum domine quęſumus ꝓpitius reſpice:
atqꝫ ab eo flagella tuę iracũdię clęmẽter auerte. per.
Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana
ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere. da nobis ſalutem men
tis & corporis: vt ea quę pro peccatis noſtris patimur: te
adiuuante vincamus. per dominum noſtrũ. Oratio.
Protector noſter aſpice deus: vt qui malorum noſtrorum
põdere premimur: percepta miſericordia: libera tibi mẽ⸗
te famulemur. per dominũ noſtrũ. Oratio.
Adeſto quęſumꝰ domine ſupplicationibꝰ noſtris: vt eſſe
mereamur te largiente: & inter proſpera humiles: & inter
Preces populi tui q̄s dñe clę⸗ aduerſa ſecuri. ꝑ. Oratio.
mẽter exaudi: vt qui iuſte ꝓ peccatis noſtris affligimur: ꝓ
tui noīs gloria miſericorditer liberemur. per. Oratio.
Deus q tribꝰ pueris mitigaſti flãmas igniũ: cõcede ꝓpi⸗
tiꝰ: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitiorꝝ. ꝑ. Sac.
Pręſentibus ſacrificiis dñe ieiunia noſtra ſanctifica: vt qđ
obſeruãtia noſtra ꝓfitetur extrinſecus: interius operet̄. ꝑ.
Sanctificationibus tuis oīpotens deus: & vi⸗ Poſt cõ.
tia noſtra curent̄: & remedia nobis ęterna proueniant. ꝑ.
Familiam tuam quęſumus Super populũ. Oratio.
domine propitius illuſtra: vt beneplacitis moribus inhę
rendo: cuncta quę bona ſunt mereatur accipere. per do.
Dominica ſecunda. Oratio.
DEus qui conſpicis omni nos virtute deſtitui: interiꝰ
ęxteriuſqꝫ cuſtodi: vt & ab omnibus aduerſitatibus mu⸗
niamur in corpore: & a prauis cogitationibus mũdemur
Sacrificiis pręſentibus dñe q̄ſu in mente. Poſt cõ.
mus intende placatus: vt & deuotioni noſtræ proficiant
Supplices te rogamus omnipo⸗ & ſaluti. per. Sacra.
tens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis: tibi etiã placitis

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

moribus dignanter deſeruirē concedas. Per dominum.
¶ Feria ſecunda. Oratio.
PRęſta quæſumus omnipotēs de⁹: vt familia tua quę ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinet: ſectādo iuſticiam a culpa ieiunet. Per dominum. Sacra.
Hæc hoſtia domine placationis & laudis: tua nos propitiatione dignos efficiat. per dominum no. Poſt cōmu.
Hęc nos communio domine purget a crimine: & cœleſtis remedii faciat eſſe conſortes. per dominum noſtrum.
Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens deus: & quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges: cōſuetę miſericordiæ tribue benignus effectum. per dominū. (Super populū. Oratio.)
¶ Feria tertia. Oratio.
PErfice quæſumus domine benignus in nobis obſeruantię ſanctæ ſubſidium: vt quę te autore faciēda cognouimus: te operante impleamus. per. Sacra.
Sanctificationem tuam nobis domine iis myſteriis placatus operare: quę nos & a terrenis purget vitiis: & ad cœleſtia dona perducat. Per dominum noſtrum. Poſt com.
Vt ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos quęſumus tuis ſemp obedire mādatis. per. Sup populū. Orō.
Propitiare domine ſupplicationibus noſtris: & animarū noſtrarum medere languoribus. vt remiſſione percepta: in tua ſemper benedictione lętemur. per dominum no.
¶ Feria quarta. Oratio.
POpulum tuum domine ꝓpitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxiis quoq; vitiis ceſſare concede. Per dominum no. Sacra.
Hoſtias domine quas tibi offerimus propitius reſpice: et per hæc ſancta commertia vincula peccatorum noſtrorum abſolue. per dominum noſtrū. Poſt commu.
Sumptis domine ſacramentis ad redēptionis ęternę quęſumus proficiamus augmentum. per dominum noſtrū.


¶ Super populum. Oratio.
Deus innocētię reſtitutor & amator: dirige ad te tuorum corda ſeruorum vt ſpiritus tui feruore cōcepto: & in fide inueniant̄ ſtabiles: & in opere efficaces. p dñm in vnitate.
¶ Feria quinta. Oratio.
PRęſta nobis dñe quęſumus auxilium gratię tuę vt ieiuniis & orationibus conuenienter intenti liberemur ab hoſtibus mentis & corporis. per do. Sacra.
Pręſenti ſacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata ſanctificent: vt quod obſeruantia nr̄a profitetur exterius: interius operetur effectus. per dominum. Poſt com.
Gratia tua nos quæſumus domine non derelinquat: quæ & ſacrę nos deditos faciat ſeruituti: & tuam nobis opem ſemper acquirat. per. Super populum. Oratio.
Adeſto domine famulis tuis et perpetuam benignitatem largire poſcētibus: vt his q te autore & gubernatore gloriantur: et cōgregata reſtaures: et reſtaurata cōſerues. per.
¶ Feria ſexta. Oratio.
DA quęſumus omnipotēs deus: vt ſacro nos purificātes ieiunio: ſynceris mētibus ad ſancta ventura facias (ꝑuenire. p. Sacra.
Hęc in nobis ſacrificia de⁹ et actione permaneant et operatione firmentur. per do. Poſt cōmu.
Fac nos quæſumus domine accepto pignore ſalutis ęternæ ſic tendere congruentur: vt ad eam peruenire poſſimus. per dominū. Super populum. Oratio.
Da quęſumus domine populo tuo ſalutē mentis et corporis: vt bonis operibus inhęrendo: tuæ ſemper virtutis mereatur protectione defendi. per dominū.
¶ Sabbato. Oratio.
DA quęſumus domine noſtris effectum ieiuniis ſalutarem: vt caſtigatio carnis aſſumpta ad noſtrarū vegetatationem tranſeat animarū. per do. Poſt cōmu.
Sacramenti tui domine diuina libatio penetralia nr̄i cor-

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

dis infundat:et ſui participes potenter efficiat. per dñm.
Super populum. Oratio.
Familiam tuam quæſumus dñe continua pietate cuſtodi:
vt q̄ in ſola ſpe gratię cœleſtis innititur:cœleſti etiā prote-
ctione muniatur.per. Dominica tertia. Oratio.
QVęſumus omnipotens deus vota humilium reſpi-
ce:atq; ad defenſionem noſtram dexteram tuę ma-
ieſtatis extende.per dominum noſtrum. Sacra.
Hec hoſtia domine quęſumus mundet noſtra delicta: &
ad ſacrificium celebrandum:ſubditorū tibi corpora mē-
teſq; ſanctificet.per dominum. Poſt commu.
A cunctis nos domine reatibus & periculis propitius ab
ſolue:quos tāti myſterii tribuis eſſe participes.per domi.
Feria ſecunda. Oratio.
COrdibus noſtris quęſumus domine gratiam tuam
benignus infunde:vt ſicut ab eſcis corporalib9 ab-
ſtinemus:ita ſenſus quoq; noſtros a noxiis retrahamus.ex
Munus quod tibi domine noſtrę (ceſſibus. per.Sacra.
ſeruitutis offerim9:tu ſalutare nobis pfice ſacramentū. p.
Pręſta q̄s oīpotens & miſericors deus:vt quę Poſt cō.
ore contigimus pura mēte capiamus.per dñm noſtrum.
Subueniat nobis domine mi- Suer populm. Oratio.
ſericordia tua:vt ab imminentibus peccatorum noſtrorū
periculis:te mereamur ꝓtegēte eripi: te liberāte ſaluari. p.
Feria tertia. Oratio.
EXaudi nos omnipotēs & miſericors deus: & conti-
nētiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. per.
Per hęc veniat q̄s domine ſacramēta:nrę redem Sacra.
ptionis effect9 qui nos & ab humanis retrahat exceſſib9:
& ad ſalutaria cuncta pducat.per dñm. Poſt cōmu.
Sacris dñe myſteriis expiati: & veniam conſequamur &
gratiam.per. Sup̄ populum. Oratio.
Tua nos dominē protectione defende & ab omni ſemp-



iniquitate cuſtodi. Per. Feria quarta. Oratio.
PRęſta nobis domine quęſumus vt ſalutaribus ieiu-
niis eruditi:a noxiis quoq; vitiis abſtinentes:propi
tiationem tuam facilius impetremus.per do. Sacra.
Suſcipe quęſumus domine preces populi tui cum obla-
tionibus hoſtiarum: & tua myſteria celebrantes ab om-
nibus nos defende periculis.per dñm. Poſt cō.
Sanctificet nos domine qua paſti ſumus mēſa cœleſtis: &
a cunctis erroribus expiatos:ſupernis ꝓmiſſionibus red-
dat acceptos.per do. Super populum. Oratio.
Concede quęſumus omnipotens deus:vt qui protectio-
nis tuę gratiam querimus:liberati a malis omnibus:ſecu
ra tibi mente ſeruiamus.per dominum noſtrum.
Feria quinta. Oratio.
COncede quęſumus omnipotens deus: vt ieiuniorū
nobis ſancta deuotio:& purificationem tribuat: &
maieſtati tuę nos reddat acceptos.per dominū. Sacra.
Efficiatur hęc hoſtia quęſumus domine ſolennibus gra
ta ieiuniis:& vt tibi fiat acceptior:purificatis mētibus im
Sacramenti tui domine vene- molętur. per.Poſt cō.
rāda perceptio:& myſtico nos mūdet effectu:et perpetua
virtute defendat.per. Super populū. Oratio.
Subiectum tibi populum quęſumus domine propitia-
tio cœleſtis amplificet: & tuis faciat ſemper ſeruire man-
datis.per dominum. Feria ſexta. Oratio.
IEiunia noſtra q̄ſum9 domine benigno fauore pro-
ſequere:vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore
ita & a vitiis ieiunemus in mente.per dominū. Sacra.
Reſpice domine propitius ad munera quę ſacramus:vt et
tibi grata ſint:et nobis ſalutaria ſemper exiſtāt.p.Poſt cō.
Huius nos domine perceptio ſacramenti mūdet a crimi
ne:& ad cœleſtia regna pducat.p.Sup populū. Oratio.
Pręſta quæſumus omnipotens deus vt qui in tua ꝓtectio



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

ne confidimus:cuncta nobis aduerſantia te adiuuāte vin-
camus.Per dominum. ¶Sabbato. Oratio.
PRęſta quęſumus omnipotens deus:vt qui ſe affligē-
do carnem ab alimentis abſtinent:ſectando iuſticiā
a culpa ieiunent.Per. Sacra.
Concede q̄ſumus omnipotens deus vt huiꝰ ſacrificii mu
nus oblatum fragilitatem noſtram ab omni malo pur-
get ſemper & muniat.per dominum no. Poſt com.
Quæſumus omnipotens deus:vt inter eius membra nu
meremur:cuius corpus cōmunicamus & ſanguinē. Per.
¶Super populum. Oratio.
Pretēde dn̄e fidelibꝰ tuis dexterā cœleſtis auxiliū:vt te to-
to corde ꝑquirāt:& q̄ digne poſtulāt conſeq mereant̄.ꝑ.
¶Dominica quarta. Oratio.
COncede quęſumus omnipotens deus:vt qui ex me-
rito noſtræ actionis affligimur:;tuæ gratię conſola
tione reſpiremus.Per do. Sacra.
Sacrificiis præſentibꝰ domine quęſumus placatꝰ intēde:
vt & deuotiōi noſtræ ꝓficiāt & ſaluti.Per. Poſt commu.
Da nobis miſericors deus: vt ſancta tua quibus inceſſan-
ter explemur:& ſinceris tractemꝰ obſequiis & fideli ſem
per mente ſumamus.Per. Feria ſecunda. Oratio.
PRęſta quæſumus omnipotēs deꝰ: vt obſeruatiōes ſa
cras annua deuotione recolentes:& corpore tibi pla
ceamus & mente.Per dominum. Sacra.
Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper
Sumptis domine ſalutaribus Poſt cō. (& muniat.ꝑ.
ſacramentis: ad redemptionis æternæ quæſumus profi-
ciamus augmentū.per dn̄m. Super populū. Orō.
Deprecationem noſtram quęſumꝰ domine benignꝰ ex-
audi:& quibus ſupplicandi præſtas affectū:tribue defen-
ſionis auxiliū.per. ¶Feria tertia. Oratio.
SAcrę nobis dn̄e q̄s obſeruationis ieiunia:& pię con-

uerſatiōis augmentum : & tuę propitiationis continuum
prę́ſtent auxilium .per dominum. Sacra.
Hæc hoſtia dn̄e q̄s emūdet nr̄a delicta: & ad ſacrificium
celebrādū:ſubditorū tibi corpora mēteſq; ſanctificet. ꝑ.
Huiꝰ nos dn̄e ꝑceptio ſacramēti mūdet a cri- Poſt cō.
mine:& ad cœleſtia regna ꝑducat.ꝑ. Sup populū.Orō.
Miſerere domine populo tuo: & continuis tribulationi-
bus laborantem propitius reſpirare concede. Per.
¶Feria quarta. Oratio.
DEus qui & iuſtis p̄mia meritorum: & peccatoribus
per ieiuniū veniā p̄bes:miſerere ſupplicibus tuis:vt
reatus nr̄i cōfeſſio indulgentiā valeat ꝑcipere delictorū.ꝑ.
Pręſta quęſumus omnipotens deus: vt quos Oratio.
ieiunia votiua caſtigant:ipſa deuotio quoq; ſancta letificet:
& terrenis affectibꝰ mitigatis:faciliꝰ cœleſtia capiamꝰ. ꝑ.
Supplices te dn̄e rogamꝰ:vt his ſacrificiis pec- Sacra.
cata noſtra mundētur: quia tunc verā nobis tribues men
tis & corporis ſanitatem.per. Poſt commu.
Sacramenta quę ſumpſimus domine deus noſter: & ſpiri
tualibus nos repleant alimentis:et corporalibus tueantur
auxiliis.per. Sup populum. Oratio
Pateant aures miſericordię tuæ domine precibus ſuppli
cantium:& vt petentibus deſiderata cōcedas:fac eos quæ
tibi ſunt placita poſtulare. per dominum.
¶Feria quinta. Oratio.
PRęſta q̄s oīpotens deus :vt quos ieiunia votiua caſti-
gant ipſa quoq; deuotio ſancta letificet : vt terrenis
affectibꝰ mitigatis: faciliꝰ cœleſtia capiamꝰ.ꝑ. Sacra.
Purifica nos miſericors deus:vt eccleſię tuę preces q̄ tibi
gratę ſunt:pia munera deferētes: fiant expiatis mentibus
Cœleſtia dona capiētes q̄ſumꝰ Poſt cō. (gratiores.ꝑ.
dn̄e:nō ad iudiciū peruenire patiaris:q̄ fidelibꝰ tuis ad re
medium ꝓuidiſti. Super populum. Oratio.


@ Bizkaiko Foru Liburutegia

Populi tui deus inſtitutor & rector: peccata quibus impu-
gnatur expelle: vt ſemper tibi placitus & tuo munimine
ſit ſecurus.per. Feria ſexta. Oratio.

DEus qui ineffabilibus mundum renouas ſacramen
tis: præſta quæſumus: vt eccleſia tua & æternis pro-
ficiat inſtitutis: & temporalibꝰ non deſtituatur auxiliis.p.
Munera nos domine quęſumus oblata puri- Sacra.
ficent: & nobis iugiter faciant eſſe placatum.p. Poſt cõ.
Hęc nos quæſumus domine participatio ſacramenti: &
a propriis reatibus indeſinenter expediat: & ab omnibus
tueatur aduerſis.per dñm. Super populũ. Oratio.
Da quæſumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis no-
ſtræ conſcii de tua virtute confidimꝰ: ſub tua ſemper pie
tate gaudeamus.per.

Sabbato. Oratio.

FIat quęſumus domine per gratiam tuam fructuo-
ſus noſtrę deuotionis affectus: quia tunc nobis proderũt
ſuſcepta ieiunia: ſi tuę ſint placita pietati.per do. Sacra.
Oblationibus quęſumus domine placare ſuſceptis: et ad
te noſtras etiam rebelles cõpelle propitius volũtates.per.
Tua nos domine quęſumus ſancta puri- Poſt com.
ficent: & operatione ſua tibi faciãt eſſe deuotos. per dñm.
Deus qui ſperantibus in te Super populũ. Oratio.
miſereri potius eligis q̃ iraſci: da nobis digne flere mala
quę facimus: vt tuę conſolationis gratiam inuenire va-
leamus.per. Dominica in paſſiõe. Oratio.

QUęſumus omnipotens deus: familiam tuam ꝓpitiꝰ
reſpice: vt te largiente regatur in corpore: & te ſeruã
te cuſtodiatur in mente.per dominum. Sacra.
Hęc munera quęſumus domine & vincula noſtrę praui
tatis abſoluãt: & tuę nobis miſericordię dona cõciliet.p.
Adeſto nobis domine deus noſter & quos Poſt cõ.
tuis myſteriis recreaſti: perpetuis defende preſidiis. per.

Feria ſecunda. Oratio.

SAnctifica quęſumus domine noſtra ieiunia & cun-
ctarũ nobis ꝓpitius indulgentiã largire culparũ.p.
Concede nobis quęſumus domine deus noſter: Sacra.
vt hęc hoſtia ſalutaris & noſtrorum fiat purgatio delicto-
rum: & tuę propitiatio maieſtatis.per dñm. Poſt com.
Sacramenti tui quęſumus domine participatio ſalutaris:
& purificationem nobis prebeat & medelam.per domi.
¶Super populum. Oratio.
Da quæſumus domine populo tuo ſalutem mẽtis & cor-
poris: vt bonis operibus inhęrendo tua ſemper merea-
tur ꝓtectione defendi.per. ¶Feria tertia. Oratio.

NOſtra tibi quæſumus domine ſint accepta ieiunia:
qui nos & expiando gratia tua dignos efficiant: &
ad remedia perducant ęterna.per. Sacra.
Hoſtias tibi domine deferimus immolãdas: quę tempo-
rali conſolatione nos ſic lætificent: vt promiſſa certiꝰ ſpe
remus ęterna.per dominum. Poſt commu.
Da quęſumus omnipotens deꝰ: vt qui diuina ſumus iugi
ter exequentes: donis mereamur cœleſtibus propinqua-
re.per. Super populum. Oratio.
Da nobis quęſumus domine perſeuerantem in tua volũ-
tate famulatum: vt in diebus noſtris & merito & nume-
ro populus tibi ſeruiens augeatur.per dominum.

¶Feria quarta. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliũ
miſerator illuſtra: & quibus deuotionis pręſtas affectum:
prebe ſupplicantibus pium benignꝰ auxiliũ.p. Sacra.
Annue nobis miſericors deus: vt hoſtias placatiõis & lau-
dis ſyncero tibi deferamus obſequio.per. poſt cõmu.
Cœleſtis doni benedictiõe percepta ſupplices te deꝰ om-
nipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & ſacramenti
cauſa ſit & ſalutis.per. Super populum Oratio.



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

Adeſto ſupplicationibꝰ noſtris omnipotens deus:& qui
bus fiduciam ſperandæ pietatis indulges:conſuetæ miſe-
ricordię tribue benignus effectum. per dn̄m.

¶Feria quinta. Oratio.

PReſta quęſumus omnipotens deus:vt dignitas con-
ditionis humanę per immoderantiam ſauciata:me
dicinalis parſimoniæ ſtudio reformetur.per. Sacra.
Dominedeus noſter:qui in his potiꝰ creaturis quas ad fra
gilitatis noſtræ ſubſidium condidiſti:tuo quoqꝫ nomini
munera iuſſiſti dicādo cōſtitui:tribue quęſumꝰ:vt & vitę
nobis p̄ſentis auxiliū:& æternitatis efficiāt ſacramētū.p.
Quod ore ſumpſimus domine pura mēte Poſt cō.
capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium
ſempiternum.per. Super populum. Oratio.
Eſto quęſumus domine;propitius plebi tuę: vt quæ tibi
non placent reſpuens:tuorum potius repleatur delectatio
nibus mandatorum.Per dominū noſtrum.

¶Feria ſexta. Oratio.

COrdibus nodris quæſumus domine auxiliū gra-
tię benignus infunde:vt peccata noſtra caſtigatiōe
voluntaria cohibētes:corporaliter potiꝰ maceremur quā
ſuppliciis deputemur æternis:per dominū. Sacra.
Pręſta nobis miſericors deꝰ:vt digne tuis ſemp ſeruire al-
taribꝰ mereamur:& corū ppetua participatiōe ſaluari.p.
Sumpti ſacrificii domine perpetua nos Poſt com.
tuitio non derelinquat & noxia ſemper a nobis cuncta de
pellat.per dominum. Super populum. Oratio.
Concede q̄s omnipotēs deus: vt q protectiōis tuę gratiā
q̄rimus:liberati a malis oībꝰ ſecura tibi mēte ſeruiamꝰ.p.
PRoficiat quæſumus domine Sabbato. Oratio.
plebs tibi dicata pię deuotiōis affectu:vt ſacris actio
nibus erudita: quanto maieſtati tuæ ſit gratior:tanto do-
nis potioribus augeatur.per. Sacra.

A cunctis nos domine q̄ſumus reatibus & periculis pro-
piciatus abſolue: quos tanti myſterii tribuis eſſe partici-
pes. Per dominum. Poſt commu.
Diuini ſatiati muneris largitate quęſumus domine deus
noſter:vt huius ſemper participatione viuamus. per do.
Tueatur quæſumus domine Sup populū. Orō.
dextera tua populū tuū deprecantē:& purificatū dignāter
erudiat:vt cōſolatione præſenti ad futura bona p̄ficiat.p.

¶Dominica in ramis palmarum. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: qui humano generi ad
imitandum humilitatis exemplum ſaluatorem no-
ſtrum carnem ſumere & crucē ſubire feciſti:concede pro-
pitius:vt & patiētię ipſius habere documenta': & reſurre-
ctionis conſortia mereamur.per eū. Sacra.
Cōcede quæſumus domine:vt oculis tuæ maieſtatis mu-
nus oblatum:& gratiā nobis deuotionis obtineat:& effe
ctum beatæ perennitatis acquirat.per. Poſt commu.
Per huius operationem myſterii :'& vitia noſtra purgen-
tur: & iuſta deſideria compleantur. per dominum.

¶Feria ſecunda· Oratio.

DA quęſumus omnipotens deus: vt qui in tot aduer
ſis ex noſtra infirmitate deficimus:intercedente vni
geniti filii tui paſſione reſpiremus. per dominū. Sacra.
Hęc ſacrificia nos oīpotēs deus potēti virtute emūdatos:
ad ſui faciāt puriores venire principium. Per. Poſt cō.
Prębeant nobis domine diuinum tua ſancta feruorē quo
eorum pariter & actu delectemur & fructu. per dominū.

¶Super populum. Oratio.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter:& ad beneficia recolēda
qbꝰ nos inſtaurare dignatꝰ es: tribue venire gaudētes.p.
OMnipotens ſempiterne ¶Feria tertia. Oratio.
deus:da nobis ita dn̄icæ paſſionis ſacramēta perage
re:vt indulgentiam percipere mereamur.per. Sacra.

Sacrificia nos quęſumus domine propenſius iſta reſtau-
rent: quæ medicinalibꝰ ſunt inſtituta ieiuniis. p. Poſt cō.
Sanctificationibus tuis omnipotens deus: & vitia noſtra
curentur: & remedia nobis ſempiterna perueniant. Per.
Super populum. Oratio.
Tua nos miſericordia deus: & ab omni ſurreptione vetu-
ſtatis expurget: & capaces ſanctę nouitatis efficiat. per.
¶ Feria quarta. Oratio.
PRęſta quęſumus omnipotens deus: vt qui noſtris ex
ceſſibꝰ inceſſanter affligimur: per vnigeniti tui paſ-
ſionem liberemur. Qui tecum viuit. Oratio.
Deus q pro nobis filium tuū crucis patibulū ſubire vo-
luiſti: vt inimici a nobis expelleres poteſtatem cōcede no
bis famulis tuis: vt reſurrectionis gratiā conſequamur. p̄.
Purifica nos miſericors deꝰ: vt eccl'ię tuę p̄ces: q̄ tibi gra
tæ ſunt: pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus
gratiores, per dominum. Poſt commu.
Largire ſenſibus noſtris omnipotēs deus: vt per tempo-
ralem filii tui mortem: quam myſteria veneranda teſtant̄
vitā nobis te dediſſe cōfidamus. per. Sup populū. Orō.
Reſpice quæſumus domine: ſuper hanc familiam tuam:
pro qua dominus noſter ieſus chriſtus non dubitauit ma
nibus tradi nocētium & crucis ſubire tormentū. Qui te.
¶ Feria quinta in cena dn̄i. Benedictio ignis. Orō.
DEus qui filium tuum angularem ſcilicet lapidē: cha
ritatis ignem fidelibus tuis contuliſti: productū ex
ſilice noſtris profuturum vſibus nouum hunc ignē ſācti-
fica: & concede nobis: ita per hęc feſta paſchalia cœleſti-
bus deſideriis inflammari: vt ad perpetuę claritatis puris
mentibus valeamus feſta pertingere. per.
Benedictio incenſi. Oratio.
QVęſumus omnipotens deus abraam, deus iſaac. deꝰ
iacob. immitte in hanc creaturam incenſi / viui odo

ris tui efficaciam: vt ſit ſeruulis tuis vel ancillis munimen-
tum / tutelaqꝫ defenſionis / ne intret hoſtis in viſcera eorū /
neqꝫ aditum poſſit habere vel ſedem. per Oratio.
Deus a quo & iudas reatus ſui penam / & confeſſionis ſuæ
latro p̄mium ſumpſit / concede nobis tuę propitiationis
effectū / vt ſicut in paſſione ſua ieſus chriſtus dominus no-
ſter / diuerſa vtriſqꝫ intulit ſtipendia meritorum / ita nobis
ablato vetuſtatis errore: reſurrectiōis ſuę gratiā largiat̄. q.
Ipſe tibi domine ſancte pater omnipotens Sacra.
deus ſacrificium noſtrum reddat acceptum: qui diſcipulis
ſuis in ſui cōmemorationem hoc fieri hodierna traditiōe
monſtrauit ieſus chriſtus dominus noſter. Qui. Poſt cō.
Refecti vitalibus alimentis quęſumꝰ domine deus noſter
vt quod tēpore noſtrę mortalitatis exequimur: immorta
litatis tuę munere conſequamur. Per dominum noſtrū.
¶ Feria ſexta. Oratio.
OREmus dilectiſſimi nobis in primis ꝑ eccleſia ſan-
cta dei: vt eam deus & dominꝰ noſter pacificare adu
nare & cuſtodire dignetur: toto orbe terrarum ſubiiciens
ei principatus & poteſtates: detqꝫ nobis trāquillā & quie-
tam vitā degentibꝰ glorificare deū & patrē oīpotentem.
Omnipotens ſempiterne deus qui gloriā Oratio.
tuam omnibus in chriſto gentibus reuelaſti: cuſtodi ope
ra miſericordię tuę: vt eccleſia tua toto orbe diffuſa: ſtabili
fidei confeſſiōe tui nominis ꝑſeueret. Per eundē. Oratio.
Oremus & pro beatiſſimo papa noſtro. N: vt deus & do-
minus noſter qui elegit eum in ordinem epiſcopatus: ſal-
uum atqꝫ incolumem cuſtodiat: eccleſię ſuæ ſanctę ad re-
gendum populum ſanctum dei. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus cuius iudicio vniuerſa fun
datur: reſpice propitius ad preces noſtras: & electum no-
bis antiſtitē tua pietate conſerua: vt chriſtiana plebs quæ
te gubernatur autore: ſub tanto pontifice credulitatis ſuę

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

meritis augeatur..per dominum noſtrum: Oratio.
Oremus & pro omnibꝰ epiſcopis: & preſbyteris: diaco-
nibus: & ſubdiaconibus: accolytis: exorciſtis: lectoribus:
oſtiariis: confeſſoribus: virginibus: viduis: & pro omi̅ po
Omnipotēs ſempiterne deus: Orō. (pulo ſancto dei.
cuius ſpiritu totum corpus eccleſię ſanctificatur & regit̄:
exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gra-
tię tuæ munere ab oi̅bus tibi gradibꝰ fideliter ſeruiat̄. ꝑ.
Oremus & pro chriſtianiſſimo rege noſtro. N. Orō.
vt deus & dominus noſter: ſubditas illi faciat omnes bar-
baras nationes ad noſtram perpetuam pacē. per. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus: in cuius manu ſunt om-
nium poteſtates: & omniū iura regnorū: reſpice ad chri-
ſtianum benignus imperium: vt gētes quę in ſua feritate
confidūt: potētiæ tuę dextera comprimātur. ꝑ do. Orō.
Oremus & pro cathecuminis noſtris: vt deus & dominꝰ
noſter: adaperiat aures p̄cordiorum ipſorum: ianuamqꝫ
miſericordię: vt per lauachrum regenerati̅ois accepta re-
miſſione omnium peccatorū: & ipſi inueniantur in chri-
ſto ieſu domino noſtro. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus: qui eccleſiam tuam noua
ſemper prole fecundas: auge fidem & intellectum cathe-
cuminis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis adopti̅ois tuæ
filiis: aggregentur. per dominum. Oratio.
Oremus dilectiſſimi nobis deum patrem omnipotentē:
vt cunctis mundum purget erroribꝰ: morbos auferat. fa-
mem depellat: aperiat carceres: vincula diſſoluat: peregri
nantibus reditum: infirmantibus ſanitatem: nauiganti-
bus portum ſalutis indulgeat: per. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus: meſtorum conſolatio: la-
borātium fortitudo: perueniant ad te preces de quacūqꝫ
tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſſitatibus
ſuis miſericordiam tuam gaudeāt affuiſſe. per. Oratio.

Orēmus & ꝑ herēticis & ſchiſmaticis: vt deus ac dominꝰ
noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis & ad ſanctam ma
trem eccleſiā catholicā atqꝫ apl̄icam reuocare dignetur.
Omnipotens ſempiterne deus: qui ſaluas om- Oratio.
nes & neminem vis perire: reſpice ad ai̅as diabolica frau-
de deceptas: vt omni heretica prauitate depoſita: errantiū
corda reſipiſcāt: & ad veritatis tuæ redeāt vnitatē. ꝑ. Orō.
Oremus & pro perfidis iudeis/ vt deus & dominus no-
ſter auferat velamen de cordibus eorum/ vt & ipſi agnoſ-
cant ieſum chriſtum dominum noſtrum. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus/ qui etiam iudaicam perfi
diā a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras
quas pro illius populi obcecatione deferimus: vt agnita
veritatis tuę luce quæ chriſtus eſt: a ſuis tenebris eruat̄. ꝑ.
Oremus & pro paganis: vt deus omnipotēs Oratio.
auferat iniquitatem a cordibus eorū: & relictis idolis ſuis
conuertantur ad deum viuum & verum: & vnicum filiū
eius ieſum chriſtum deum & dominum noſtrum cū quo
viuit & regnat cum ſpiritusancto deus. per omnia ſecula.
Omnipotens ſempiterne deus: qui non mor- Orō.
tem peccatorum ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe pro-
pitius orationem noſtram & libera eos ab idolorum cul
tura: & aggrega eccleſiæ tuę ſanctę ad laudem & gloriam
nominis tui. per dominum noſtrum.

¶ Ad adorandam crucem. Oratio.

TVam crucem adoro domine ieſu chriſte: tuam ve-
nerandam recolo paſſionem: miſerere mei qui paſ-
ſus es pro me. O crux glorioſa. o crux veneranda. o crux
adoranda. o lignum precioſum & admirabile ſignum ꝑ
quod & diabolus eſt victus: et mundus redemptus. Ado-
ro te. benedico te. confido in te. diligo te tota mente pro
amore domini mei Ieſu chriſti qui in te paſſus eſt pro
me. O mea ſaluatio; ſalua me. o mea ereptio eripe me.

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

o liberatio libera me.ꝑ tuam ſactam crucē ſalua me chri-
ſte ſaluator: qui mortem meam moriendo deſtruxiſti: &
vitam reſurgēdo reparaſti. miſerere mei ieſu benigne qui
naſci. pati. mori atqꝫ reſurgere dignatꝰ es pro me. Qui vi.

Domine ieſu chriſte adoro te in cruce ascendētem & coronam ſpineam in capite portan-
tem: deprecor te vt ipſa crux liberet me ab āguſtia vel de
angelo percutiente. Oratio.

Dn̄e ieſu chriſte adoro te in cruce vulneratū: felle & aceto
potatū: deprecor te: vt tua vulnera ſint remediū aīę meę. Oratio.

Dn̄e ieſu chriſte adoro te ī ſepulchro poſitū: myrrha.
& aromatibꝰ cōditū: deprecor te vt tua mors ſit vita mea. Oratio.

Domine ieſu chriſte: adoro te deſcēdentem ad
inferos liberantem captiuos: deprecor te: vt non me di-
mittas introire infernum. Oratio.

Domine ieſu chriſte adoro te aſcendentē in cœlum: ſedē-
tem ad dexterā dei patris: deprecor te miſerere mei. Oratio.

Domine ieſu chriſte adoro te vēturū in iudicio: deprecor
te: vt in tuo aduētu nō intres cū me peccatore in iudiciū:
ſed deprecor te: vt ante dimittas ꝗ iudices. Qui vi. Oratio.

Crux eſt chriſtianorum ſpes: crux mortuorū reſurrectio:
crux cæcorum lux: crux conuerſorum via: crux claudo-
rum via & baculus: crux pauperū conſolatio: crux via fi-
delium: crux humiliū inuitatio: crux eſt ſuperborū dire-
ctio: crux victoria chriſti: crux ſancta qui pepēdit in te ſal-
uet nos & defendat & protegat. Amen.

¶ Sabbato in vigilia reſurrectionis domini.

Benedictio ignis. Oratio.

Deus qui moyſi famulo tuo in ſpecie ignis rubro ar-
dente apparuiſti: quiqꝫ etiam ſpiritum ſanctū tuū per ie-
ſum chriſtū filium tuū dn̄m noſtrū de cœlis promiſſum
ſuꝑ apoſtolos igneis liguis deſcēdere feciſti: nobis quoqꝫ
famulis tuis charitatis ignē tribuere dignare: et hunc no-



uum ignem de lapide productum noſtris vſibus profutu-
rum ſanctifica: et concede nobis: ita ꝑ hæc feſta paſchalia
cœleſtibus deſideriis inflammari: vt ad ꝑpetua feſta pur-
gatis mentibus pertingere valeamus. Per eundem.

¶ Benedictio incenſi. Oratio.

Veniat quęſumus domine deus ſuꝑ hoc incēſum lar-
ga tuę benedictionis infuſio: et hunc nocturnū ſplē-
dorē inuiſibilis regenerator accēde: vt non ſolum ſacrifi-
cium quod in hac nocte litatū eſt: arcana tui luminis ad-
mixtione refulgeat: ſed quocūqꝫ loco ex huiꝰ aliquid ſan-
ctificationis fuerit myſterio deportatū: expulſa diabolicę
fraudis nequitia: virtus tuę maieſtatis aſſiſtat. Per.

¶ Benedictio cerei. Oratio.

Deus qui diuitias miſericordię tuę in hac ꝑcipue no-
cte largiris: ꝓpitiare vniuerſo ordini ſacerdotalis officii:
et oēs gradus famulatus noſtri ꝑfecta delictorū remiſſio-
ne ſanctifica vt miniſtraturos gratiæ tuæ nulli eſſe obno-
xios patiaris offenſę. Oratio.

Deus qui mirabiliter creaſti hominē/et mirabilius rede-
miſti/da nobis q̄ſumꝰ contra oblectamēta peccati mētis
ratiōe ꝑſiſtere/vt mereamur ad gaudia ęterna ꝑuenire. p.

Deus cuius antiqua miracula in præſenti Oratio.
quoqꝫ ſeculo coruſcare ſentimus: pręſta quæſumus vt ſi-
cut priorem populum ab ægyptiis liberaſti: hoc ad ſalu-
tem gētium ꝑ aquas baptiſmatis opereris. per. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandū paſchale ſacramētū vtriuſqꝫ
teſtamēti paginis inſtruis/da nobis intelligere miſericor-
diam tuā/vt ex perceptione præſentiū munerum firma
ſit expectatio futurorum. per dominū noſtrū. Oratio.

Deus qui eccleſiam tuam noua ſemper gentium vocatio-
ne multiplicas: cōcede propitius/vt quos aqua baptiſma-
tis abluis/continua protectione tuearis. per. Oratio.

Concede quæſumus omnipotēs deus/ vt qui feſta paſcha

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

lia agimus cœleſtibus deſideriis accenſi/fontem vitę ſitia-
mus dominum ieſum chriſtum. Qui viuis. Oratio.
Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria dominicæ
reſurrectionis illuſtras conſerua in noua familię tuæ pro-
genię/adoptionis ſpiritū quē dediſti: vt corpore & mēte
renouati purā tibi exhibeāt ſeruitutē. per. in vni. Sacra.
Suſcipe quæſumus domine p̄ces populi tui cum oblatio
nibus hoſtiarum: vt paſchalibꝰ initiata myſteriis: ad ęter-
nitatis nobis medelā te operante proficiant. per do.
Spiritum nobis domine tuę charitatis Poſt commu.
infunde: vt quos ſacramētis paſchalibus ſatiaſti: tua facias
pietate concordes. per. in vnitate eiuſd. Oratio.
Aufer a nobis domine cunctas iniquitates noſtras: vt ad
ſancta ſanctorum puris mereamur mētibus introire. per.
Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem: quā Oratio.
tibi offero in memoriam paſſionis dn̄i noſtri ieſu chriſti
et pręſta vt in conſpectu tuo tibi placens aſcendat: et meā
et omnium fidelium ſalutem operetur ęternam. per.
Exaudi nos oīpotens deus ¶Benedictio fontis. Orō.
et in huius aquę ſubſtantiam: tuam immiſce virtutem/vt
abluendi per eā ſanitatē ſimul et vitam mereant̃ ęternā. ꝑ.
Omnipotens ſempiterne deus Alia oratio.
adeſto magnæ pietatis tuę myſteriis: adeſto ſacramentis:
et ad recreādos populos nouos: quos tibi fons baptiſma-
tis parturit ſpiritum adoptiōis emitte. vt quod noſtræ hu
militatis gerendū eſt myſterio tuę virtutis impleatur effe-
ctu. per dn̄m. in vnitate eiuſdē.

¶In die reſurrectionis domini. Oratio.

DEus qui hodierna die per vnigenitū tuū æternitatis
nobis aditum: deuicta morte reſeraſti: vota noſtra
quę pręueniendo aſpiras etiam adiuuādo proſequere. ꝑ.

¶Feria ſecunda. Oratio.

DEus qui ſolemnitatate paſchali mundo remedia
contuliſti: populum tuum quęſumus cœleſti dono proſe
quere: vt et ꝑfectam libertatem conſequi mereatur: et ad
vitam proficiat ſempiternam. Per dominum noſtrum.

Feria tertia. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuā nouo ſemper fœtu multipli-
cas: concede famulis tuis: vt ſacramentum viuendo
teneant: quod fide perceperunt ꝑ dn̄m noſtrum. Sacra.
Suſcipe domine fidelium preces cum oblationibus ho
ſtiarum: vt per hęc piæ deuotionis officia: ad celeſtē gra-
tiam tranſeamus. Per. Poſt cōmu.
Concede quęſumus omnipotens deus: vt paſchalis per-
ceptio ſacramenti continua in noſtris mētibus ꝑſeueret. ꝑ.

Feria quarta. Oratio.

DEus qui nos reſurrectionis dn̄icæ annua ſolennitate
lętificas: concede ꝓpitius: vt ꝑ tēporalia feſta q̄ agi-
mꝰ: peruenire ad gaudia ęterna mereamur. ꝑ. Sacra.
Sacrificia deus paſchalibus gaudiis immolamus: quibꝰ
eccleſia tua mirabiliter & paſcitur & nutritur. ꝑ. Poſt cō.
Ab om̄i nos quęſumus domine vetuſtate purgatos ſacra
mēti tui veneranda ꝑceptio: in nouā transferat creaturā. ꝑ.

¶Feria quinta. Oratio.

DEus qui diuerſitatē gētium confeſſiōe tui nominis
adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatis, vna ſit fi-
des mētium & pietas actionum. per dominū. Sacra.
Suſcipe quęſumus domine munera populoꝝ tuorū pro
pitius: vt confeſſione tui nominis & babtiſmate renoua-
ti: ſempiternam beatitudinē conſequamur. ꝑ. Poſt cō.
Exaudi domine preces noſtras: vt redemptionis noſtræ
ſacroſancta cōmertia: & vitæ nobis conferant præſentis
auxilium & gaudia ſempiterna concilient. per.

Feria ſexta. Oratio.

OMnipotēs ſēpiterne deꝰ: q paſchale ſacramētū i recō
ciliatiōis hūanę fœdere cōtuliſti: da mētibꝰ noſtris:



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

vt quod ꝓ feſſione celebramus imitemur effectu.ꝑ. Sacra.
Hoſtias queſumus domine placatus aſſume: quas & pro
renatorū expiatione peccati deferimus: & pro accelera-
tione cœleſtis auxilii.per. Poſt commu.
Reſpice queſumus domine populum tuum: & quē æter-
nis dignatus es renouare myſteriis. a temporalibꝰ culpis
dignanter abſolue.per. Sabbato. Oratio.
COncede queſumꝰ omnipotēs deus: vt qui feſta paſ-
chalia venerando egimus: ꝑ hæc cōtingere ad gau
dia æterna mereamur.per. Sacra.
Concede queſumus domine ſemper nos per hæc ſancta
myſteria paſchalia gratulari: vt cōtinua noſtræ reparatio-
nis operatio perpetuæ nobis fiat cauſa leticię.ꝑ. Poſt cō.
Redemptionis noſtræ munere vegetati: quæſumꝰ domi
ne: vt per hoc perpetuę ſalutis auxilium fides ſemper vera
proficiat.per. ¶Dominica in actē paſchæ. Oratio.
PRæſta q̄s oīpotens deꝰ: vt qui paſchalia feſta peregi-
mus: hęc te largiēte moribus & vita teneamus. per.
Suſcipe munera queſumus domine exultantis Sacra.
eccleſię: & cui cauſam tanti gaudii preſtitiſti: perpetuum
fructum concede leticiæ.per. Poſt commu.
Queſumus domine deus noſter: vt ſacroſancta myſteria
quę pro reparationis noſtræ munimine contuliſti: & prę
ſens nobis remediū eſſe facias & futurum. per dominū.
¶Dominica prima poſt octa.paſchę. Oratio.
DEus qui in filii tui humilitate iacentem mundū ere-
xiſti fidelibus tuis perpetuam concede leticiam: vt
quos perpetuæ mortis eripuiſti caſibus: gaudiis facias
ſempiternis perfrui. Per eū. Sacra.
Benedictionem domine nobis conferat ſalutarem ſancta
ſemper oblatio: vt quod agit myſterio: virtute ꝑficiat.ꝑ.
Pręſta nobis oīpotēs deus: vt viuificatiōis tuę Poſt cō.
gratiam cōſequētes: in tuo ſemp munere glorietur.per.

Dominica ſecunda. Oratio.
DEus qui errantibus vt ī viam poſſint redire iuſticię:
veritatis tuę lumen oſtendis: da cunctis qui chriſtia
na profeſſione cēſentur & illa reſpuere quę huic inimica
ſunt nomini: & ea quę ſunt apta ſectari.per. Sacra.
His nobis domine myſteriis conferatur: quo terrena de
ſideria mitigātes: diſcamus amare cœleſtia.ꝑ. Poſt com.
Sacramēta quæ ſumpſimꝰ queſumus dn̄e: & ſpiritualibꝰ
nos inſtruant alimentis: & corpalibꝰ tueantur auxiliis.ꝑ.
¶Dominica tertia. Oratio.
DEus qui fidelium mētes vnius efficis voluntatis: da
populis tuis id amare quod ꝓ̄cipis: id deſiderare qđ
promittis: vt inter mūdanas varietates ibi noſtra fixa ſint
corda vbi vera ſunt gaudia.per. Sacra.
Deus qui nos per huius ſacrificii venerāda cōmertia vniꝰ
ſummæq; diuinitatis participes effeciſti: pręſta queſumꝰ:
vt ſicut tuam cognouimus veritatem: ſic eam dignis mo-
ribus aſſequamur.per. Poſt commu.
Adeſto nobis dn̄e deus noſter: vt ꝑ hęc q̄ fideliter ſumpſi
mus: & purgemur a vitiis: & a periculis oībꝰ exuamur.ꝑ.
¶Dominica quarta. Oratio.
DEus a quo bona cuncta procedunt: largire ſupplici
bus tuis: vt cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt:
& te gubernante eadem faciamus.per dominū. Sacra.
Suſcipe domine fidelium preces cum oblationibus ho-
ſtiarum: vt per hęc piæ deuotionis officia: ad cœleſtem
gloriam tranſeamus per. Poſt commu.
Tribue nobis domine cœleſtis mēſę virtute ſatiatis: & de
ſiderare quę recta ſunt: & deſiderata ꝑcipere.per dominū.
Feria ſecunda. Oratio.
PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui in afflic-
ctione noſtra de tua pietate cōfidimus: cōtra aduerſa
omnia: tua ſemper protectione muniamur.per. Sacra.



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

Hæc munera quæſumus domine et vincula noſtræ pra
ui tatis abſoluant: et tuæ nobis miſericordiæ dona conci
lient. per dominum noſtrum. Poſt commu.
Vota noſtra quæſumus domine pio fauore proſequere:
vt dum dona tua in tribulatione percipimus: de conſola
tione noſtra in tuo amore creſcamus. per.

¶ Feria tertia. Oratio.

DEus qui conſpicis nos in tot perturbationibus nō
poſſe ſubſiſtere: afflictorum gemitus propitius re-
ſpice: & mala omnia quæ iuſte meremur auerte. p. Sacra.
His ſacrificiis domine concede placatus: vt qui propriis
oramꝰ abſolui delictis: nō grauemur externis. p. Poſt. cō.
Sacramenti tui domine veneranda perceptio: & myſtico
nos mundet effectu: & perpetua virtute defendat. per do.

Feria quarta in vigilia aſcenſionis domini. Oratio.

PRęſta quæſumus omnipotens: deus: vt noſtrę men
tis intentio quo ſolemnitatis venturę glorioſus au-
tor ingreſſus eſt ſemper intendat: & quo fide pergit con-
uerſatione perueniat. per. Sacra.
Sacrificium domine ꝓ filii tui ſupplices venerabili quā
præuenimus aſcenſione deferentes: præſta quæſumus:
vt & nos per ipſum his cōmertiis ſacroſanctis ad cœleſtia
conſurgamus. per eundem. Poſt commu.
Tribue quæſumꝰ domine: vt per hęc ſacramēta q̄ ſum-
pſimus: illuc tendat noſtrę deuotionis affectus: quo tecū
eſt noſtra ſubſtantia ieſus chriſtus dominus noſter. Qui.

¶ In die aſcenſionis domini. Oratio.

COncede quæſumus omnipotēs deus: vt qui hodier-
na die vnigenitum tuum ad cœlos aſcendiſſe credi-
mus: ipſi quoqꝫ mēte in cœleſtibus habitemus. p. Sacra.
Suſcipe domine munera quæ pro filii tui glorioſa aſcen-
ſione deferimus: & concede propitius: vt præſentibus
periculis liberemur: & ad vitam perueniamus eternā. p.

Pręſta nobis q̄s oīpotens & miſericors deꝰ: Poſt cō.
vt quę viſibilibus myſteriis ſumenda percepimus: inui-
ſibili conſequamur effectu. Per dominum.

Dominica infra octauas aſcenſionis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: fac nos tibi ſemper &
deuotam gerere voluntatem & maieſtati tuæ ſynce
ro corde ſeruire. Per dominum. Sacra.
Sacraficia nos domine immaculata purificent: & menti
bus noſtris ſupernę gratię dent vigorē. per. Poſt com.
Repleti domine munerıbꝰ ſacris da quęſumus: vt in gra
tiarum ſemper actione maneamus. per dominū.

¶ In vigila penthecoſtes. Oratio.

DEus q abrahæ famuli tui opere humano generi obe
diente exempla prebuiſti: concede nobis: & noſtræ
voluntatis prauitatem frangere: & tuorum præceptorū
rectitudinem in omnibus adimplere. per.
Deus qui nobis per prophetarum ora præcepiſti tem-
poralia relinquere: atqꝫ ad æterna feſtinare: da famulis tuis
vt quæ a te iuſſa cognouimus: implere cæleſti inſpiratio-
ne valeamus. per dominum.
Deus qui nos ad celebrandam hanc feſtiuitatem vtriuſqꝫ
teſtamēti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericor-
diam tuā: vt ex ꝑceptione præſentium munerū firma ſit
expectatio futurorum. per dominū noſtrū.
Deus incōmutabilis virtꝰ & lumē ęternū reſpice ꝓpitius
ad totiꝰ eccłię mirabile ſacramentū: & da famulis tuis: vt
hoc qđ deuote agimꝰ etiā rectitudine vitę teneamꝰ. per.
Cōcede quęſumꝰ omnipotēs deus: vt qui ſolē- Orō.
nitatē doni ſpiritusſancti colimus: cœleſtibus deſideriis
accenſi fōtem vitæ ſitiamus. Dominū noſtrū ieſum chri-
ſtū filium tuū. Qui tecū in vnitate eiuſdem. Oratio.
Præſta quęſumus omnipotēs deus: vt claritatis tuę ſuper
nos ſplendor refulgeat: & lux tuę lucis corda eorꝫ qui per



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

gratiam tuam renati ſunt: ſanctiſpiritus illuſtratione con-
firmet. Per. in vnitate. Sacra.
Munera queſumus domine oblata ſanctifica. & corda no
ſtra ſanctiſpiritus illuſtratione emūda. per dn̄m. Poſt cō.
Sanctiſpiritus domine corda noſtra mūdet infuſio: & ſui
roris intima aſperſione fecundet. p do. in vnitate eiuſdem.
¶ In die penthecoſtes. Oratio.
DEus qui hodierna die corda fideliū ſanctiſpiritꝰ illu
ſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſa
pere: & de eius ſemper conſolatione gaudere. per. in vni.
¶ Feria ſecunda. Oratio.
DEus qui apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritum: con
cede plebi tuę pię deuotionis affectū: vt quibus de
diſti fidem: largiaris & pacem. per. Sacra.
Propitius domine quæſumus hęc dona ſanctifica: & ho-
ſtię ſpiritualis oblatione ſuſcepta: noſmetipſos tibi perfi-
ce munus ęternum. per. Poſt commu.
Adeſto quæſumus domine populo tuo: & quem myſte-
riis cœleſtibus imbuiſti: ab hoſtium furore defende. pe.
Feria tertia. Oratio.
ADſit nobis quæſumus domine virtus ſpiritusſancti
quę & corda noſtra clementer expurget: & ab om
nibus tueatur aduerſis. Per. in vnitate eiuſdē. Sacra.
Purificet nos quęſumꝰ domine muneris p̄ſentis oblatio:
& dignos ſacra participatione efficiat. per. Poſt cōmu.
Mētes noſtras quęſumꝰ dn̄e ſpiritusſanctꝰ diuinis reparet
ſacramētis: quia ipſe eſt remiſſio oīm peccatoꝝ. p. in vni.
Feria quarta Oratio.
MEntes noſtras quęſumus domine paracletus qui a te
procedit illuminet: & inducat in omnem/ſicut tuus
promiſit filiꝰ veritatem. Qui tecum. in vnitate eiuſdem.
Pręſta quęſumus omnipotens & miſericors deus: vt ſpi-
ritusſanctus adueniens templum nos glorię ſuę dignan-
ter inhabitando perficiat. Per dn̄m. in vnitate. Sacra.
Accipe quęſumus domine munus oblatum & dignāter
operare: vt quod myſteriis agimus piis effectibus cele-
bremus. per. Poſt cōmu.
Sumentes domine cœleſtia ſacramenta: quęſumus clemē
tiam tuam: vt quod temporaliter gerimꝰ ęternis gaudiis
conſequamur. Per dominum noſtrum.
¶ Feria ſexta. Oratio.
DA quæſumus eccleſiæ tuę miſericors deus: vt ſpiritu
ſancto congregata hoſtili nullatenus incurſione tur
betur. per. in vnitate eiuſdem. Sacra.
Sacrificia dn̄e tuis oblata conſpectibus ignis ille diuinus
aſſumat: qui diſcipulorū chriſti filii tui p ſpiritumſanctū
corda ſuccendit. per eū. in vnitate eiuſdem. Poſt cōmu.
Sumpſimꝰ domine ſacri dona myſterii humiliter depre-
cantes: vt quę in tui cōmemoratiōe nos facere pręcepiſti:
in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis &.
¶ Sabbato. Oratio.
MEntibus noſtris quęſumus domine ſpiritumſanctū
benignus infunde: cuius et ſapientia conditi ſumus:
& prouidentia gubernamur. per. in vnitate. Oratio.
Illo nos igne quæſumus domine ſpiritusſanctus inflam
met: quem dominus noſter ieſus chriſtꝰ miſit in terram:
& voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit. Oratio.
Deus qui ad animarum medelam ieiunii deuotione caſti-
gari corpora p̄cepiſti: concede nobis propitius & mente
& corpore tibi ſemp eſſe deuoto. Per dn̄m. Oratio.
Pręſta quęſumus omnipotēs deus: vt ſalutaribus ieiuniis
eruditi ab omnibus etiam vitiis abſtinētes: propitiationē
tuam facilius impetremus. Per. Oratio.
Præſta quæſumus omnipotens deꝰ: ſic nos ab epulis car-
nalibus abſtinere: vt a vitiis ingruentibus pariter ieiune-
mus. per dominū noſtrum. Oratio.


@ Bizkaiko Foru Liburutegia

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium:con-
cede propitius:vt nos famulos tuos non exurat flamma
vitiorum.Per dominũ noſtrum. Sacra.
Vt accepta tibi ſint domine noſtra ieiunia: prꝑſta nobis
queſumus huius munere ſacramẽti purificatum tibi pe-
ctus offerre.Per dominũ noſtrũ. Poſt comm.
Prebeant nobis domine diuinũ tua ſancta feruorẽ: quo
eorum pariter & actu delectemur et fructu.per dominũ.

¶ In feſto ſanctę Trinitatis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus:q dediſti famulis tuis
in confeſſione verę fidei æternæ trinitatis gloriam
agnoſcere:et in potentia maieſtatis adorare vnitatẽ: quæ-
ſumus vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemp mu-
niamur aduerſis.per dominũ noſtrũ. Sacra.
Sanctifica queſumus domine deꝰ per tui ſancti nominis
inuocationẽ huius oblationis hoſtiã:et per eã noſmetip-
ſos tibi perfice munus ęternũ.Per. Poſt cõ.
Proficiat nobis ad ſalutẽ corporis et animę deus noſter
huius ſacramenti ſuſceptio: et ſempiternæ ſanctę trinita-
tis eiuſdemq; indiuiduæ vnitatis confeſſio.Per domi.

¶ In feſto corporis chriſti. Oratio.

DEus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis
tuæ memoriam reliquiſti:tribue queſumus:ita nos
corporis et ſanguinis tui ſacra myſtera venerari: vt redem
ptionis tuę fructũ in nobis iugiter ſentiamꝰ.Qui.Sacra.
Eccleſię tuę quæſumus domine vnitatis et pacis ꝓpitius
dona concede:quæ ſub oblatis muneribus myſtice deſi-
gnantur.Per dominum noſtrum. Poſt commu.
Fac nos q̃ſumus domine diuinitatis tuę ſempiterna frui-
tione repleri:quam prꝑcioſi corporis et ſanguinis tui tem
poralis perceptio præfigurat.Qui viuis.

Dominica prima poſt feſtum trinitatis.

DEus in te ſperantiũ fortitudo:adeſto propitiꝰ inuo-



cationibus noſtris:& quia ſine te nihil poteſt mortalis in
firmitas:præſta auxilium gratiæ tuę: vt in exequẽdis mã
datis tuis:& voluntate tibi:& actione placeamꝰ.p. Sacra.
Hoſtias nr̃as dñe tibi dicatas placatus aſſume:& ad ꝑpe-
tuũ nobis tribue peruenire ſubſidiũ.per. Poſt com.
Tantis domine repleti muneribus prꝑſta queſumus:vt &
ſalutaria dona capiamꝰ.& a tua nunq̃ laude ceſſemus.p.

¶ Dominica ſecunda. Oratio.

SAncti noĩs tui dñe timorẽ pariter & amorẽ fac nos
habere ꝑpetuũ:quia nũq̃ tua gubernatiõe deſtituis
quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis.per. Sacra.
Oblatio nos domine tuo noĩ dicãda purificet: & de die
in diẽ ad cœleſtis vite tranferat actionẽ.per do. Poſt cõ.
Sũptis muneribus ſacris queſumꝰ domine:vt cũ frequẽ-
tatiõe myſterii creſcat noſtræ ſalutis effectus.per domi.

¶ Dominica tertia. Oratio.

DEprecationem noſtrã quæſumꝰ domine: benignꝰ
exaudi & quibus ſupplicandi præſtas affectum: tri
bue defenſionis auxiliũ..per dominum. Sacra.
Munera domine oblata ſanctifica:vt tui nobis vnigeniti
copus & ſanguis fiant.per eundem dominũ. Poſt cõ.
Hęc nos cõunio dñe purget a crimine & cœleſtis reme-
dii faciat eſſe conſortes.p. ¶ Dñica quarta. Oratio.

PRotector in te ſperantiũ deus:ſine quo nihil eſt vali-
dũ nihil ſanctũ: multiplica ſuper nos miſericordiã:
tuã vt te rectore te duce ſic trãſeamus per bona tẽporalia:
non amittamus æterna.Per. Sacra.
Reſpice dñe munera ſupplicãtis ecclie̾:& ſaluti credentiũ
ꝑpetua ſanctificatiõe ſumẽda concede.per. Poſt cõmu.
Sancta tua nos dñe ſumpta viuificẽt: & miæ ſempiternæ
ꝓparẽt expiatos.p. ¶ Dominica quinta. Oratio.

DA nobis domine quæſumus: vt & mundi curſus
pacifice nobis tuo ordine dirigat̃:& eccleſia tua trã-



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

quilla deuotione letetur .per. Sacra.
Oblationibus noſtris q̄ſumus domine placare ſuſceptis:
& ad ſte noſtras etiā rebelles cōpelle ꝓpiti⁹ volūtates.p.
Myſteria nos domine ſumpta purificēt: Poſt com.
& tuo munere tueantur.p. Dominica ſexta. Oratio.
DEus qui diligētibus te bona inuiſibilia ꝑparaſti:in-
funde cordibus noſtris tui amoris affectum:vt te in
omnibus & ſup omnia diligentes promiſſiōes tuas quæ
omne deſiderium ſuperant conſequamur.per do. Sacra:
Propitiare domine ſupplicationibus noſtris: & has obla
tiones famulorum famularumq; tuarū benign⁹ aſſume:
vt quod ſinguli obtulerūt ad honorē nominis tui:cūctis
proficiat ad ſalutem.per. Poſt commu.
Quos cœleſti domine dono ſatiaſti: præſta queſumus:vt
a noſtris mundemur occultis:& ab hoſtiū liberemur in-
ſidiis.per. ¶Dominica ſeptima. Oratio.
DEus virtutum cuius eſt totum quod ē optimum:in-
ſere pectoribus noſtris amorem tui nominis:& pre
ſta nobis religionis augmentū:vt que ſunt bona nutrias:
ac pietatis ſtudio q̄ ſunt nutrita cuſtodias.per. Sacra.
Propitiare domine ſupplicationibus noſtris & has popu
li tui oblatiōes benign⁹ aſſume:& vt nullius ſit irritū vo
tum:nullius vacua poſtulatio:preſta queſum⁹:vt quod fi-
deliter petimus:efficaciter cōſequamur.per do. Poſt cō.
Repleti domine muneribus tuis:tribue queſumus:vt eo-
rum & mundemur effectu:& muniamur auxilio.per do.
¶Dominica octaua. Oratio.
DEus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non falli-
tur:te ſupplices exoramus vt noxia cuncta ſubmo-
ueas & oīa nobis profutura cōcedas. per dominū.Sacra.
Deus qui legalium differentiam hoſtiarum:vnius ſacrifi-
cii perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificiū a deuotis tibi fa-
mulis: & pari benedictione ſicut munera abel ſanctifica:


vt quod ſinguli obtulerūt ad maieſtatis tue honorē:cun-
ctis proficiat ad ſalutem. per dominum. Poſt cōmu.
Tua nos domine medicinalis operatio:& a noſtris puer-
ſitatibus clemēter expediat:& ad ea q̄ ſunt recta ꝑducat.p.
¶Dominica nona. Oratio.
LArgire nobis quæſumus domine ſemper ſpiritum
cogitādi que recta ſunt: propitius & agendi: vt qui
ſine te eſſe nō poſſum⁹:ſecūdū te viuere valeam⁹.p.Sacra.
Suſcipe munera queſumus domine:quæ tibi de tua largi
tate deferim⁹:vt hec ſacroſancta myſteria:gratiæ tue ope
rante virtute:preſentis vite nos conuerſatione ſanctificēt:
& ad gaudia ſempiterna perducāt.per do. Poſt cōmu.
Sit nobis dn̄e reparatio mētis & corporis cœleſte myſte
rium:vt cuius exequimur actionem:ſentiam⁹ effectū.p.
¶Dominica decima. Oratio.
PAteant aures miſericordie tue:precib⁹ ſupplicantiū
vt & petētibus deſiderata concedas: fac eos que tibi
ſunt placita poſtulare.per dominum noſtrū. Sacra.
Concede nobis hec queſumus domine digne frequenta
re myſteria:quia quoties huius hoſtie cōmemoratio cele-
brat:opus noſtre redēptionis exercetur.p do. Poſt cō.
Tui nobis cōmunio ſacramenti: & purificationē cōferat
& tribuat vnitatē. Dominica vndecima. Oratio.
DEus qui omnipotentiam tuam parcēdo maxime &
miſerando manifeſtas:multiplica ſuper nos gratiam
tuam:vt ad tua promiſſa currentes: cœleſtium bonorum
facias eſſe conſortes.per dominum noſtrum. Sacra.
Tibi domine ſacrificia dicata reddantur: que ſic ad hono
rem nominis tui deferenda tribuiſti: vt eadem remedia
fieri noſtra preſtares.per dn̄m. Poſt commu.
Queſumus domine deus noſter vt quos diuinis repara-
re non deſinis ſacramētis:tuis non deſtituas benignus au
xiliis.per. Dominica duodecima. Oratio.

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

OMnipotens ſempiterna deus: qui abundantia pieta-
tis tuæ: & meritū ſupplicū excedis: & vota: effunde
ſuper nos miſericordiā tuā: vt dimittas quę cōſciētia me-
tuit: & adiicias quod oratio non preſumit. per do.
Reſpice queſumꝰ domine: ad noſtrā propitiꝰ ſeruitutem:
vt quod offerimus ſit tibi munus acceptū: & noſtræ fragi
litatis ſubſidium. per dominū. Poſt commu.
Sentiamus domine quęſumus: tui perceptiōe ſacramēti:
ſubſidiū mentis & corporis: vt ī vtroq; ſaluati: cœleſtis re-
medii plenitudine gloriemur. per.

¶Dominica. xiii. Oratio.

OMnipotens & miſericors deus: de cuius munere ve
nit: vt tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter ſeruiatur:
tribue nobis quæſumus: vt ad promiſſiones tuas ſine of-
fenſione curramus. per dominū. Sacra.
Hoſtias quæſumus domine ꝓpitius intende: quas ſacris
altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo:
tuo nomini dent honorem. per. Poſt cō.
Viuificet nos q̄ſumus dñe huius participatio ſancta my-
ſterii: & pariter nobis expiationē tribuat & munimen. p.

¶Dominica. xiiii. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus: da nobis fidei: ſpei: &
charitatis augmentū: & vt mereamur aſſequi quod
ꝓmittis: fac nos amare quod p̄cipis. per dominū. Sacra.
Propitiare domine populo tuo: propitiare muneribꝰ: vt
hac oblatiōe placatꝰ: & indulgentiā nobis tribuas: & po
ſtulata concedas. Per dominum. Poſt cōmu.
Sumptis domine cœleſtibus ſacramētis: ad redemptiōis
æternæ quæſumus proficiamꝰ augmentū. per dominū.

CVſtodi dñe q̄s eccleſiam ¶Dominica. xv. Oro.
tuā propitiatiōe ꝑpetua: & quia ſine te labit̄ hūana
mortalitas: tuis ſemper auxiliis & abſtrahatur a noxiis: &
ad ſalutaria dirigatur. Sacra.
Cōcede nobis dñe: vt hæc hoſtia ſalutaris: & nr̄orū fiat
purgatio delictorū: & tuę ꝓpitiatio poteſtatis. p. Poſt cō.
Purificēt ſemꝑ & muniant tua ſacramēta nos deus: & ad
ꝑpetuę ducant ſaluationis effectū. per dominū.

¶Dominica. xvi. Oratio.

ECcleſiam tuā dñe: miſeratio cōtinuata mūdet & mu
niat: & quia ſine te nō poteſt ſalua cōſiſtere: tuo ſem-
per munere gubernet̄. Per dominum. Sacra.
Tua nos dñe ſacramēta cuſtodiant: & contra diabolicos
tueantur ſemper incurſus. per dominū. Poſt cō.
Mētes nr̄as & copora poſſideat quęſumus domine doni
cœleſtis operatio: vt nō noſter ſenſus in nobis: ſed iugiter
eius ꝑueniat effectus. p. ¶Dñica. xvii. Oratio.

TVa nos domine quęſumus gratia ſemꝑ pręueniat:
& ſeq̄tur: ac bonis operibꝰ iugit̄ ꝓſtet eſſe intētos. p
Munda nos domine ſacrificii præſentis effe- Sacra.
ctu: & perfice miſeratus in nobis: vt eius mereamur eſſe
participes. per dominum noſtrum. Poſt cōmu.
Purifica domine quęſumus mentes noſtras benignus: &
renoua cœleſtibus ſacramētis: vt cōſequenter & corpoꝝ
præſens pariter & futurum aīarum capiamus auxiliū. p.

Feria quarta in ieiuniis quattuor temporum. Oro.

MIſericordiæ tuæ remediis quęſumus domine fragi-
litas noſtra ſubſiſtat: vt quæ ſua conditione atteri-
tur: tua clementia reparetur. per do. Sacra.
Pręſta quęſumus domine familię ſupplicanti: vt dum a ci-
bis corporalibus ſe abſtinet: a vitiis mente ieiunet. per.
Hæc hoſtia domine quęſumus emundet noſtra Sacra.
delicta: & ad ſacrificium cœlebrandum ſubditorum tibi
corpora menteſq; ſanctificet. per. Poſt cōmu.
Sumētes domine dona cœleſtia ſuppliciter deprecamur:
vt q̄ ſedula ſeruitute donāte te gerimꝰ: dignis ſenſibꝰ tuo
mucere capiamus. p. Feria ſexta. Oratio.

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

PReſta queſumus omnipotens deus:vt obſeruatiões
ſacras annua deuotiõe recolentes:& corpore tibi pla
ceamus & mente.per dominum noſtrum. Sacra.
Accepta tibi ſint,domine quæſumus noſtri dona ieiunii:
quę & expiando nos tua gratia dignos efficiāt:& ad ſem-
piterna promiſſa perducant.per dn̄m. Poſt comm.
Queſumus omnipotens deus:vt de perceptis muneribꝰ
gratias exhibentes:beneficia potiora ſumamꝰ.per dn̄m.
¶Sabbato. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus: qui per continētiā ſa-
lutarem & corporibus mederis & mentibus:maie-
ſtatem tuam ſupplices exoramus:vt pia ieiunantium de-
precatione placatus: & pręſentia nobis ſubſidia prebeas
& futura.Per dominum noſtrum. Oratio.
Da nobis q̄s oīpotens deus:vt ieiunando tua gratia ſatie-
mur: & abſtinēdo cūctis efficiamur hoſtibꝰ fortiores.p.
Tuere domine queſumus familiam tuam: Oratio.
vt ſalutis æternę remedia: quæ te aſpirante requirimus:te
largiente conſequamur.per dominum. Oratio.
Preſta quæſumus domine ſic nos ab epulis abſtinere car-
nalibus:vt a vitiis irruentibus pariter ieiunemus.p.Orõ.
Vt nos domine tribuis ſolēne tibi deferre ieiuniū:ſic no-
bis queſumus indulgentię præſta ſubſidiū.per. Sacra.
Concede queſumus omnipotens deus:vt oculis tuę maie
ſtatis munus oblatum:& gratiam nobis deuotionis ob-
tineat:& effectū beatę perennitatis acquirat.p. Poſt com.
Perficiant in nobis queſumus tua ſacramenta quod con-
tinent:vt quę miſericordię ſpe gerimus:rerum veritate ca
piamus.Per do. Dominica.xviii. Oratio.
DA q̄ſumꝰ domine populo tuo diabolica vitare con-
tagia:& te ſolum dominum pura mente ſectari.p.
Maieſtatem tuam domine ſuppliciter dep̄ca- Sacra.
mur:vt hęc ſancta quę gerimꝰ:& a pręteritis nos delictis

exuant & futuris.Per dominum noſtrum. Poſt com.
Sanctificationibus tuis omnipotens deus:& vitia noſtra
curentur:& remedia nobis ęterna ꝑueniant.Per domi.
Dominica decimanona. Oratio.
DIrigat corda noſtra queſumus domine tuę miſera-
tiõis operatio:qa tibi ſine te placere nõ poſſumꝰ.p.
Deus qui nos per huius ſacrificii venerãda cõmertia:vniꝰ
ſummeq; diuinitatis participes efficis: preſta queſumus:
vt ſicut tuam cognoſcimus veritatem:ſic eam dignis mē-
tibus & moribus aſſequamur.per dominū. Poſt cõmu.
Gratias tibi referimus domine ſacro munere vegetati:tuā
miſericordiam deprecantes:vt dignos nos eius participa
tione perficias.per dn̄m. Dominica.xx. Oratio.
OMnipotens & miſericors deꝰ:vniuerſa nobis aduer
ſantia ꝑpitiatus exclude:vt mēte & corpore pariter
expediti:q̄ tua ſunt liberis mētibus exequamur.p. Sacra.
Hec munera queſumꝰ domine: quę oculis tuę maieſtatis
offerimus:ſalutaria nobis eſſe concede.per do. Poſt cõ.
Tua nos domine medicinalis operatio:& noſtris peruer-
ſitatibus clementer expediat: & tuis ſemper faciat inhę-
rere mandatis.Per dn̄m. Dominica.xxi. Oratio.
LArgire queſumus domine fidelibus tuis indulgen-
tiam placatus & pacem:vt pariter ab omnibus mū
dētur offenſis & ſecura tibi mente deſeruiāt.per do.Sacra.
Cœleſtem nobis prebeant hęc myſteria quæſumus dn̄e
medicinam:& vitia noſtri cordis expurgēt.per. Poſt cõ.
Vt ſacris dn̄e reddamur digni muneribus: fac nos que-
ſumus tuis obedire mandatis.Per dominum noſtrum.
Dominica.xxii. Oratio.
FAmiliam tuam queſumus domine continua pietate
cuſtodi:vt a cunctis aduerſitatibus te protegente ſit libera
& in bonis actibus tuo nomini ſit deuota.per do. Sacra.
Suſcipe domine queſumus hoſtias:q̄bus & te placari vo-

16v

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

iuſſiſti & nobis ſalutē potēti pietatē reſtitui.p. Poſt com. Immortalitatis alimoniam conſecuti quæſumus domine: vt quod ore pcepimus: mente ſectemur.per dominū.

¶Dominica.xxiii. Oratio.

DEus refugium noſtrum & virtus adeſto piis eccleſię tuę precibus autor ipſe pietatis: & pręſta vt quod fideliter petimus: efficater conſequamur.per. Sacra. Sacris domine quęſum⁹ ſeruitiis fac intentos: vt ſine vlla tibi offenſionis macula famulemur: quales eſſe pcipis ipſe nos perfice.per dominum noſtrum. Poſt cōmu. Sumpſim⁹ domine ſacri dona myſterii humiliter deprecates: vt quę in tui cōmemoratione nos facere pręcepiſti: in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis.

Dominica.xxiiii. Oratio.

ABſolue quęſumus domine tuorū delicta populorū: vt a peccatorū noſtrorū nexib⁹: quæ pro nr̄a fragilitate cōtraximus: tua benignitate liberemur.p. Sacra. Pro noſtræ ſeruitutis augmento ſacrificium tibi domine laudis offerimus: vt quod immeritis contuliſti: propitius exequaris. per dominum noſtrum. Poſt cōmu. Sumētes domine dona cœleſtia quæſumus: vt nobis prouenire ad iudicium patiaris: quod tuis fidelibus ad remediū prouidiſti. Per dominum.

¶Dominica.xxv. Oratio.

EXcita quęſumus domine tuorum fidelium volūtates: vt diuini operis fructum propenſius exequentes pietatis tuę remedia maiora percipiant.per. Sacra. Propitius eſto domine ſupplicationibus noſtris: & populi tui oblationibus precibuſq; ſuſceptis: omniū noſtrorū ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberi: ad cœleſtia deſideria tranſeamus.per. Poſt cōmu. Cōcede nobis q̄s dn̄e: vt p hęc ſacramēta q̄ ſūpſim⁹: quicquid i nr̄a mēte vitioſum eſt: tuæ meditatiōis dono curetur. Per dominum ieſum chriſtum filium tuum. &c.

In feſto dedicationis eccleſię. Oratio.

DEus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui: conſecrationis reparas diem: & ſacris ſemper myſteriis repræſentas incolumes: exaudi p̄ces populi tui: & præſta vt quiſquis hoc templum beneficia petitur⁹ ingreditur: cuncta ſe impetraſſe letetur.per. Sacra. Annue quæſumus domine pręcibus noſtris: vt quicunq; intra tēpli huius (cuius anniuerſarium dedicatiōis diē celebramus) ambitum cōtinemur: plena tibi atq; perfecta corporis & animæ deuotiōe placeamus: vt dum hęc pręſentia vota reddimus: ad æterna premia te adiuuante venire mereamur.per dominum. Poſt commu. Deus qui eccleſiam tuam ſponſam vocare dignatus es: vt quæ haberet gratiam per fidei deuotionem: haberet etiā ex nomine pietatem: da vt omnis hęc plebs nomini tuo ſeruiens huius vocabuli conſortio digna eſſe mereatur: & eccleſia tua in templo cuius anniuerſarius dedicatiōis dies celebratur tibi collecta: te timeat: te diligat: te ſequatur: vt dum iugiter per veſtigia tua graditur: ad cœleſtia promiſſa te ducente peruenire mereatur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum.

In die conſecrationis eccleſię. Oratio.

DEus qui inuiſibiliter omnia contines: & tamē p ſalute generis humani ſigna tuæ potētię viſibiliter oſtendis templū hoc potentia tuę inhabitatiōis illuſtra: vt omnes qui huc deprecaturi cōueniūt: ex quacūq; tribulatiōne ad te clamauerint: conſolationis tuę beneficia conſequantur.per dn̄m. Sacra. Omnipotens ſempiterne de⁹: templum hoc nomini tuo dedicatum: cœleſti virtute & benedictione ſanctifica: & oībus in te ſperantibus auxilii tui munus oſtēde: vt hic &

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

ſacramētorū virtꝰ & votorū obtineant effectꝰ.ꝑ. Poſt cō.
Quęſumus omnipotens deus: vt hoc in loco: qui nomi-
ni tuo dedicatus eſt: cunctis petētibus aures tuę pietatis ac
commodes. per dominū noſtrū ieſum chriſtū filium.

¶ Incipiunt orationes ſanctorum.

¶ In vigilia ſancti Andreę apoſtoli. Oratio.

QVęſumus omnipotēs deus: vt beatꝰ andreas
apoſtolus tuum ꝓ nobis imploret auxiliū:
vt a noſtris reatibus abſoluti: a cunctis etiam
periculis eruamur. per dominum no. Sacra.
Sacrandum tibi domine munus offerimus:
quo beati andreę apoſtoli tui ſolemnia recolentes: purifi-
cationem quoqꝫ noſtris mentibus imploremus. per do.
Perceptis domine ſacramentis ſupplici- Poſt commu.
ter exoramus: vt intercedente beato andrea apoſtolo tuo:
quę pro illius veneranda gerimus paſſione: nobis profi-
ciant ad medelam. per dominum.

¶ Eodem die ſancti ſaturnini. Oratio.

DEus qui nos beati ſaturnini martyris tui cōcedis na-
talicio ꝑfrui: eiꝰ nos tribue meritis adiuuari. ꝑ. Sac.
Munera tibi domine dicata ſanctifica: et intercedēte bea-
to ſaturnino martyre tuo: per hęc eadem nos placatus in-
tende. per dominum noſtrū. Poſt commu.
Sanctificet nos quęſumus domine tui perceptio ſacramē-
ti: et interceſſione beati ſaturnini martyris tui tibi reddat
acceptos. per dominū. In die ſancti andreę apl'i. Orō.

MAieſtatem tuam domine ſuppliciter exoramus: vt
ſicut eccleſię tuę beatus andreas apoſtolus tuus exti-
tit p̄dicator et rector: ita apud te ſit pro nobis ꝑpetuus in-
terceſſor. Per dominum noſtrum. Sacra.
Sacrificiū noſtrū tibi domine quęſumꝰ: beati andreę prę-
dicatio ſancta conciliet: vt in cuius honore ſolemniter ex-
hibetur: eius meritis efficiatur acceptū. Per. Poſt cōmu.
Sumpſimꝰ domine diuina myſteria beati andreę feſtiuita-
te letantes: q̄ ſicut tuis ſanctis ad gloriā: ita nobis q̄s ad ve-
niam prodeſſe perficias. Per dominum.

Chryſanti mauri & darię marty. Oratio.

SAnctorū martyrū tuorū chryſanti: mauri: atqꝫ darię
virginis: q̄ſumꝰ dn̄e nobis adſit oratio: vt quos ob-
ſequio veneramur: pio iugiter experiamur auxilio. per.

Sancti felicis. Oratio.

COncede q̄ſumus omnipotēs deus: vt ad meliorem
vitam exempla ſancti tui felicis nos prouocent: qua-
tenus cuius ſolenia agimus: & actus imitemus. ꝑ.

In natale ſanctę barbarę.

INterceſſio glorioſa q̄s
domine deus noſter beatę barbarę virginis & mar-
tyris tuę: nos ab omni aduerſitate ꝓtegat: vt ꝑ eius interuē-
tum: corporis & ſanguinis dn̄i noſtri ieſu chriſti ſacramē-
tum: ante noſtrę aīę de corpore exitū: et cū vera fide et pu-
ra mente percipere mereamur. per eū. Sacra.
Suſcipe munera domine: quę ī beatę barbaræ martyris
tuę ſolenitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio
liberari. per dn̄m. Sancti nicolai epiſcopi. Oratio.

DEus qui beatū Nicolaum cōfeſſorem tuū atqꝫ pōti-
ficem innumeris decoraſti miraculis: tribue nobis
quęſumꝰ: vt eius meritis & precibus a gehēnæ incēdiis li-
beremur. per dn̄m noſtrum. Sacra.
Sanctifica quæſumus domine oblata munera: quæ in ve-
neratione ſancti antiſtitis nicolai offerunt: vt ꝑ ea vita nr̄a
inter aduerſa vbiqꝫ dirigat & ꝓſpera. per. Poſt cō.
Sacrificia q̄ ſumpſimꝰ dn̄e ꝓ ſolenitate ſancti pōtificis tui
nicolai: ſempiterna nos protectione confirment. per.

¶ In conſecratione ſancti ambroſii epiſcopi.

DEus mundi autor & conditor qui hodiernæ feſtiui-
tatis diem beati ambroſii ſacerdotii electione conſe-
craſti: preſta populo tuo: vt cuiꝰ ānua celebritate deuotis





@ Bizkaiko Foru Liburutegia

reſultat obſequiis:eius ſuffragiis tuæ pietatis conſequatur
auxilium.per dominum. Sacra.
Interuentu precis et obtentu orationis beati ambroſii ſa
cerdotis et confeſſoris tui domine his muneribꝰ tibi ob
latis benedictionē effunde de cœlis: quo ex eis ſumētes &
oībꝰ careamꝰ culpis:et cœleſtibꝰ repleamur edulíis.per
Repleti domine muneribus tuis q̄ de feſtiui- Poſt cō.
tate beati ſacerdotis & confeſſoris tui ambroſii pcepimꝰ
tribue quęſumus:vt eorū emūdemur effectu:& viuamus
auxilio.per. ¶ In octaua ſancti andreę apoſ. Orō.

PRotegat nos domine ſępiꝰ beatę andreę apoſtoli tui
repetita ſolēnitas:vt cuius patrocinia ſine intermiſſio
ne recolimus:perpetuam defenſionē ſentiamus.p. Sacra.
Indulgentiā nobis prębeant hæc munera quęſumus do
mine largiorem:quæ pro venerabilis andreę apoſtoli tui
ſuffragiis offeruntur.per. Poſt commu.
Adiuuet familiā tuā tibi ſupplicando beatus andreas apo
ſtolus:& pius interuentor efficiatur:qui tui nominis exti-
tit prędicator. Qui viuis & regnas.

¶ In conceptione beatæ marię virginis. Oratio.

DEus qui beatæ mariæ virginis cōceptionē angelico
vaticinio parētibꝰ prędixiſti: pręſta familię tuę ip-
ſius muniri pręſidiis:cuiꝰ cōceptionem ſacram frequen-
tatione congrua veneratur.per. Sacra.
Vnigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas:vt qui
natus ex virgine matris integritatē nō minuit:ſed ſacra-
uit in conceptione eiꝰ ſolēniis a nr̄is nos piaculis exuens:
oblationem noſtrā ſibi faciat acceptā. Qui te. Poſt cō.
Sumpſimus domine celebritatis ānuæ votiua ſacramēta
pſta quęſumꝰ:vt intercedēte beata dei genitrice maria &
tēporalis nobis vitę remedia prębeant & ęternę. Per do.

DEus q beatę virginis & Eulalię virginis. Orō.
martyris tuæ eulalię aīam ad oſtēdendā innocentiæ
viā i colūbę ſpecię videtibus cūctis cœlū penetrare feciſti:
concede nobis pcibus ipſius innocenter viuere: vt ad ea-
dem mereamur gaudia peruenire.per. Sacra.
Muneribus nr̄is domine te magnificamꝰ oblatis:q̄ i ſan
ctę nobis ſolēnitatibus eulalię virginis & martyris tuę of
ferimus:vt & gaudia ęterna cōcilies: & patrocinia ſempi-
terna largiaris. Per dominum noſtrum. Poſt commu.
Sūpta ſacra myſteria quęſumꝰ domine deꝰ noſter ppitiꝰ
in nobis cōſeruare digneris: & intercedente beata eulalia
martyre tua:āgelicis turmis ad deſideria euehi mereamur
& prouehi:quibus etiam ipſam dignatus es in terris poſt
tam cuſtodire.per do. Sancti damaſi papę. Oratio.

DA quęſumus omnipotens deus:vt beati damaſi cō-
feſſoris tui atq; pontificis venerāda ſolēnitas: & de-
uotionem nobis augeat & ſalutem.per dominū. Sacra.
Sancti tui nos dn̄e q̄s vbiq; lętificet: vt dū eorū merita
recolimꝰ:patrocinia ſentiamus.per dn̄m. Poſt cōmu.
Pręſta quęſumus omnipotēs deus:vt de pceptis muneri-
bus gratias exhibentes:beneficia potiora ſumamus.per.

¶ Sanctæ lucię. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter:vt ſicut de beatę lu-
cię virginis & martyris tuę feſtiuitate gaudemus ita
pię deuotionis erudiamur affectu.per. Sacra.
Accepta tibi ſit domine ſacratę plebis oblatio pro tuo-
rum honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de
tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominū. Poſt com.
Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius
quęſumus interuentione nos refoue:cuius ſolemnia cele-
bramus. Per dominum noſtrum iesum chriſtum.

Sancti thomę apoſtoli. Oratio.

DA nobis quęſumus domine beati apoſtoli tui tho-
mę ſolēnitatibꝰ gloriari:vt eius ſemp patrociniis ſu
bleuemur:& fidē cōgrua deuotione ſectemur.per. Sacra.

Debitum tibi domine nr̃ę reddimus ſeruitutis ſupplici-
ter exorãtes:vt ſuffragiis beati apoſtoli tui thomę in no-
bis tua munera tuearis:cuius honoranda confeſſione: lau
dis tibi hoſtias immolamus.per dominũ. Poſt cõmu.
Conſerua dñe populũ tuũ: & quē ſanctoꝝ tuorũ preſidiis
non deſinis adiuuare:ꝑpetuis tribue gaudere remediis.p.

❡Tranſlatio ſancti Iſidori. Oratio.

PRotegat nos quęſumus domine beati Iſidori con-
feſſoris tui atq; põtificis interceſſio glorioſa: vt cuiꝰ
ſumus illuminati doctrinis eius ſemper muniamur auxi-
liis.per dominum noſtrum ieſum. Sacra.
Sancti tui quęſumus domine nos vbiq; letificent:vt dum
eorum merita recolimꝰ:patrocinia ſentiamus.p.Poſt cõ.
Pręſta quæſumus omnipotẽs deus.vt de perceptis mune
ribꝰ gratias exhibẽtes:intercedẽte beato iſidoro cõfeſſo-
re tuo atq; põtifice beneficia potiora ſumamus.per do.

❡De ſancto ſtephano. Oratio.

DA nobis quęſumus domine imitari quod colimus:
vt diſcamus & inimicos diligere:quia eius natalicia
celebramꝰ:qui nouit etiã ꝓ ꝑſecutoribꝰ exorare dñm no
ſtrum ieſum chriſtũ filium tuum.Qui tecum. Sacra.
Suſcipe domine munera ꝓ tuorũ cõmemoratiõe ſancto
rũ:vt ſicut illos paſſio glorioſos fecit:ita nos deuotio red-
dat innocuos.per. Poſt commu.
Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & interce-
dẽte beato ſtephano protomartyre tuo ſempiterna nos
protectione confirment.Per.

Sancti Ioannis euangeliſtę. Oratio.

ECcleſiam tuam domine benignus illuſtra: vt beati
Ioannis apoſtoli tui & euãgeliſtę illuminata doctri-
nis:ad dona perueniat ſempiterna. per dominũ. Sacra.
Suſcipe munera dñe:q̃ in eiꝰ tibi ſolẽnitate deferimꝰ cuiꝰ
nos cõfidimus patrocinio liberari.per. Poſt cõmu.

Refecti cibo potuq; cœleſti deus noſter te ſuppliciter deꝑ
camur:vt i cuius hęc cõmemoratiõe ꝑcepimꝰ:eiꝰ munia
mur & precibus.p. Sanctorũ innocentiũ. Oratio.

DEus cuius hodierna die pręconiũ innocẽtes marty-
res non loquẽdo ſed moriẽdo cõfeſſi ſunt oĩa in nõ
bis vitiorũ mala mortifica: vt fidem tuã quam lingua no
ſtra loquitur:etiam moribus & vita fateatur.per dominũ.

❡Sancti ſilueſtri. Oratio.

DA quęſumus omnipotẽs deus: vt beati ſilueſtri con
feſſoris tui atq; pontificis ueneranda ſolẽnitas & de
uotionem nobis augeat & ſalutem. Per dominũ noſtrũ.

❡Sanctę columbę. Oratio.

INdulgentiã nobis dñe beata colũba virgo & mar-
tyr imploret: quæ tibi grata ſemꝑ extitit: & merito
caſtitatis & tuæ ꝓfeſſiõe virtutis.p. Sancti hilarii.Orõ.

DEus cuius miſeratione delinquẽtes incitantur ad ve-
niã: iuſti traſferuntur ad palmã: qui infuſus in corde
beati hilarii antiſtitis quaſi de templo fidei reſponſa dedi
ſti:concede propitius:vt qui tuum inclytum cõfeſſorem
feciſti cæſarẽ non timere interceſſione eiꝰ ab ſpeciali ho
ſte plebem ꝓtegas obſecrantem:vt cuius in ſolẽnitate tri-
pudiat:eius ſit fida prece defenſa. per dominum noſtrũ.

Marthę virginis. Oratio.

EXaudi domine populũ cũ ſanctorũ tibi patrocinio
ſupplicãtem:vt tẽporalis vitę: nos tribuas pace gau
dere:& æternæ ſperare ſubſidiũ.per dñm. Sacra.
Suſcipe & ſanctifica adonai deus hoc munꝰ oblatũ: & cõ
cede:vt ad ſalutẽ noſtrã caro et ſanguis fiat filii tui:meritis
illius:q̃ illũ gratãter hoſpitio ſuſcepit dñm noſtrũ.Qui.
Quęſumꝰ oĩpotẽs deꝰ vt piis ſacramẽtis q̃ Poſt cõ.
ſumpſimꝰ:et meritis beatæ marthæ filii tu hoſpitę: hic et
in futuro uiuamꝰ.per eundem dominũ noſtrum.

Sanctorum ſabiani et ſebaſtiani. Oratio.



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

INſirmitatē nr̄am reſpice omnipotens de⁹:& q̄a pon
dus proprię actiōis grauat beati fabiani martyris tui
atq; pōtificis interceſſio glïoſa nos ꝓtegat.p. Alia oratio.
Deus q̄ beatū ſebaſtianū martyrē tuū virtute conſtātię in
paſſiōe roboraſti ex eius nobis imitatiōe tribue ꝓ amore
tuo ꝓſpera mūdi deſpicere:& nulla ei⁹ aduerſa formidare.
OMnipotēs ſempiterne de⁹:q̄ Sanctę agnes. Orō.
infirma mūdi eligis vt fortia quęq; cōfūdas:cōcede
ꝓpitius:vt qui beatę agnes virginis & martyris tuę ſolē-
nia colimus eius apud te patrocinia ſentiamus.p. Sacra.
Hoſtias tibi domine quas offerimus propitius reſpice:&
intercedēte beata agnes virgine & martyre tua: vincula
peccatorū noſtrorū abſolue.per dominū. Poſt com.
Refecti cibo potuq; cœleſti deus noſter te ſuppliciter exo
ramus:vt in cuius hæc cōmemoratione ꝑcepim⁹ ei⁹ mu
niamur & præcib⁹.p. Sancti vincentii. Oratio.
ADeſto domine ſupplicationib⁹ noſtris: vt q̄ ex in-
iquitate nr̄a reos nos eſſe cognoſcimus:beati vin-
centii martyris tui interceſſione liberemur.Per dominū.

Conuerſio ſancti pauli. Oratio.
DEus qui vniuerſum mūdū beati pauli apoſtoli præ
dicatione docuiſti:da nobis quęſumus:vt qui ei⁹ ho
die cōuerſionē colimus: ꝑ eius ad te exēpla gradiamur.p.

In feſto purificationis. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus: maieſtatem tuam ſup-
plices exoramus: vt ſicut vnigenitus filius tuus ho-
dierna die cum noſtræ carnis ſubſtantia in tēplo eſt præ-
ſentat⁹:ita nos facias purificatis tibi mētib⁹ pręſentari.p.

Sanctæ agathæ. Oratio.
DEus qui inter cętera potētiæ tuæ miracula etiam in
ſexu fragili victoriam martyrii contuliſti: concede
propitius:vt q̄ beatę agathæ martyris tuæ natalicia coli-
mus per eius ad te exempla gradiamur.per dominum.



Scolaſticę virginis. Oratio.
FAmiliam tuā quęſumus domine beatę virginis tuæ
ſcolaſticæ meritis ꝓpitius reſpice:vt ſicut ad obtinen
dum ipſius precibus quod cupiuit:imbrē cœlitus deſcen
dere feciſti:ita eius ſupplicationibus ariditatem noſtri cor
dis ſupernę digneris gratiæ rore ꝑfundere. per dominū.

Cathedra ſancti petri. Oratio.
DEus qui beato petro apoſtolo tuo collatis clauibus
regni cœleſtis animas ligandi atq; ſoluendi pontifi
cium tradidiſti:cōcede vt interceſſionis eius auxilio a pec
catorū noſtrorū nexibus liberemur.per dominum.

Sancti Matthiæ. Oratio.
DEus qui beatum matthiam apoſtolorū tuorū colle-
gio ſociaſti:tribue quęſumus:vt eius interuentione
tuæ circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus.per.Sacra.
Deus qui ꝓditoris apoſtatę ruinā ne apoſtolorū tuorū nu
merus ſacratus perfectione careret:beati matthię apoſto-
li electione ſuppleſti:præſentia munera ſanctifica:& per ea
nos gratiæ tuę virtute confirma.per dominum.
DEus qui nos beati gregorii Sancti gregorii. Orō.
confeſſoris tui atq; pontificis annua ſolēnitate lætifi
cas:concede ꝓpitius:vt cuius opere atq; doctrina ſcriptu-
ræ tuę myſteria multa cognouimus:ei⁹ apud te ſemꝑ pa-
trocinia ſentiamus.p. Trāſitus ſancti benedicti. Orō.
OMnipotens ſempiternæ deus: qui hodierna die car
nis eductum de ergaſtulo beatiſſimum cōfeſſorem
tuum benedictum ſubleuaſti ad cœlum: concede quæſu-
mus:hęc feſta tuis famulis celebrantibus cunctorum ve-
niā peccatorū:vt qui exultantibus aīs ei⁹ claritate cōgau-
dēt:ipſo apud te interueniēte cōſociēt̄ & meritis.per.
DEus qui de beatę ma- Annūciatio ſanctę marię.
riæ virginis vtero verbū tuum angelo nūciante car
nē ſuſcipere voluiſti:pręſta ſupplicibus tuis:vt qui vere eā



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

genitricem dei credimꝰ:eiꝰ apud te interceſſionibus adiu
uemur.per eundē dominum noſtrum. Alia oratio.
DEus qui hodierna die verbū tuū beatæ marię vir-
ginis aluo coadunare voluiſti:fac nos hęc ſacramen
ta ita peragere:vt tibi placere valeamus. per dominum.
¶Marci euangeliſtę. Oratio.
DEus qui nos beati marci euangeliſte concedis nata-
licio ꝑfrui:da eccl'ię tuę quęſumꝰ: & amare qd' cre-
didit & prędicare quod docuit.per.
In die apoſtolorum philippi & iacobi. Oratio.
DEus qui nos annua apoſtolorū tuorū philippi & ia
cobi ſolemnitate letificas pręſta q̄ſumꝰ:vt quorum
gaudemus meritis inſtruamur exemplis.per dominum.
¶Inuentio ſanctę crucis. Oratio.
DEus qui in pręclara ſalutiferę crucis inuentione:paſ
ſionis tuę miracula ſuſcitaſti:concede vt vitalis ligni
p̄cio:ęternę vitę ſuffragia conſequamur. Qui viuis & re.
Ioannis ante portam latinam. Oratio.
DEus qui cōſpicis quia nos vndiq; mala nr̄a ꝑturbāt
pręſta q̄s:vt beati ioannis apl'i tui interceſſio gl'ioſa
nos ꝓtegat. Qui vi. Michaelis archangeli. Oratio.
DA nobis omnipotens deus: beati archangeli tui mi
chaelis eatenus honore ꝓficere:vt cuiꝰ in terris glo-
riam p̄dicamus:eius precibus adiuuemur in cœlis.per.
¶Nerei & achilei. Oratio.
SEmper nos domine martyrū tuorū nerei/& achilei
atq; pancracii foueat q̄ſumus domine beata ſolemnitas:
& tuo dignos reddat obſequio.per.
¶Sancti medardi confeſſoris. Oratio.
EXaudi dn̄e preces nr̄as & interueniēte beato cōfeſ-
ſore tuo atq; pōtifice medardo:ſupplicationes nr̄as
placatus intēde.per. Primi & feliciani. Oratio.
FAc nos domine ſanctorū primi et feliciani feſta deuo

tis mētibus celebrare:atq; eorū ſuffragiis ſuffulti ꝓtectio
nis tuę dona ſentiamꝰ.p. ¶Barnabę apl'i. Oratio.
SAncti barnabę apoſtoli tui nos quęſumus dn̄e ſolē-
lēnitas tueatur:quia tāto fiducialius tuo noīe suppli-
camus:quāto frequētiꝰ apoſtolorū cōfouemur excēplis.p.
Vigilia ſancti Ioannis baptiſtę. Oratio.
PRæſta quæſumus omnipotēs deus / vt familia tua ꝑ
viam ſalutis incedat:& beati ioānis pręcurſoris hor
tamēta ſectādo:ad eū quē p̄dixit ſecura mēte ꝑueniat.per.
DEus qui pręſentē diē honora- In die. Oratio.
bilē nobis ī beati ioannis natiuitate feciſti/ da famu
lis tuis ſpūalium gratiā gaudiorū/& oīm fideliū mētes di-
rige in viā ſalutis ęternę.p. ¶Ioānis et pauli mar. Orō.
QVæſumus omnipotens deus:vt nos geminata lęti-
cia hodiernę feſtiuitatis excipiat/quæ de beatorum
ioannis & pauli glorificatiōe ꝓcedit/quos eadē fides & paſ
ſio vere fecit eſſe germanos.per.
Vigilia apoſtolorum petri & pauli. Oratio.
DEus qui apoſtolorū petri & pauli nobis glorioſa na
talicia pręire cōcedis:tribue q̄ſumus:eorū nos ſem-
per & beneficiis pręueniri:& orationibus adiuuari.per.
Deus qui hodiernā diē apoſtolorū tuorū In die.
petri & pauli martyrio conſecraſti: da quęſumus eccleſiæ
tuę in oībus ſequi p̄ceptū:ꝑ quos religionis ſumpſit exor
dium.per. Cōmemoratio ſancti pauli. Oratio.
DEus qui multitudinē gentiū beati pauli apoſtoli tui
p̄dicatione docuiſti:da nobis: vt cuius natalicia coli
mus/eius apud te patrocinia ſentiamus. per dominum.
Eodem die ſancti martialis. Oratio.
Deus qui uenerabilem beati martialis confeſſoris tui atq;
pōtificis feſtiuitatē ſolēniter reuertētē ꝑp'lo tuo dedicaſti:
concede nobis: vt quod in eius honore depoſcimus eo
ſuffragante cōſequi mereamur. per dominum noſtrum.

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

¶Sanctorum martyrum proceſſi et martiniani. Oſo.
DEus qui nos ſanctorū tuorū ꝓceſſi & martiniani cō
feſſionib⁹ glorioſis circūdas & ꝓtegis: da nobis &
eorum imitatiōe ꝓficere & interceſſione gaudere. per do.
OMnipotēs & miſe- Trāſlatio ſancti martini. Oſo.
ricors deus: q inter cętera miracula ſancti cōfeſſoris
tui martini etiā in die trāſlatiōis ſacri corporis illi⁹ angeli
cā reuelationē populo tuo demōſtraſti: præſta nobis petē
tibus huius patroni ſuffragātib⁹ meritis: vt ea q̄ ſunt pla-
cita digno affectu & deuotis mentibus exequamur. per.
¶Octaua die apoſtolorum petri et pauli. Oratio.
DEus cuius dextera beatum petrum apoſtolum am-
bulantē in fluctib⁹ ne mergeret erexit: & coapoſto
lū eius paulū tertio naufragātem de ꝓfundo pelagi libe-
rauit: exaudi nos ꝓpiti⁹ & cōcede: vt amboꝝ meritis ęter
nitatis gloriā cōſequamur. p. Marię magdalenę. Oſo.
LArgire nobis clæmētiſſimę pater: quod ſicut beata
Maria magdalena: dn̄m noſtrū ieſum chriſtū ſuper
omnia diligēdo: ſuorū obtinuit veniā peccaminū: ita no
bis apud mīam tuā ſempiternā impetret beatitudinē. per.
ESto domine plebi tuæ ¶Iacobi apl'i. Oratio.
ſanctificator & cuſtos: vt apl'i tui iacobi munita præ
ſidiis: et cōuerſatiōe tibi placeat: et ſecura mēte deſeruiat. p.
¶Sanctorū martyrū ſimplicii fauſtini & beatricis. Oſo.
PRæſta quæſumus domine vt ſicut populus chriſtia-
nus martyrū tuorū ſimplicii fauſtini & beatricis: tē-
porali feſtiuitate cōgaudet: ita ꝑfruat̄ ęterna: & qđ votis ce
lebrat: cōprehēdat effectu. p. ¶Vincula ſcti petri. Oſo.
DEus qui beatum petrum apoſtolum a vinculis abſo
lutum illeſum abire feciſti: noſtrorū quęſumus ab-
ſolue vincula peccatorum: & omnia mala nobis propi-
tiatus auerte. per dominum noſtrum.
¶Stephani gamalielis & nicodemi. Oratio.

DEus qui nos annua preclarę inuētionis ſanctorū tuo
rum ſtephani: gamalielis: nicodemi: atq; abibō ſo-
lenitate lætificas: præſta quęſum⁹: vt quos in cœleſti glo-
ria ſublimatos: miraculis in terra decoraſti: apud paternā
pietatis tuæ clæmentiā interceſſores ſemper habere me-
reamur. per. ¶Sixti papæ. Oratio.
DEus qui conſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſi-
ſtimus: cōcede propitius: vt interceſſione beati ſixti
martyris tui atq; pōtificis ꝯtra oīa aduerſa muniamur. p.
¶In die tranſfigurationis dn̄i noſtri ieſu chriſti. Oſo.
DEus qui vnigenitum tuū hodierna die mirabiliter
tranſformatum cœlitus vtriuſq; teſtamēti patrib⁹
reuelaſti: da nobis quæſumus beneplacitis tibi actib⁹ ad
eius ſemper contemplandā pertingere gloriā: in quo tuæ
paternitati optime complacuiſſe teſtatus es. Per eundem.
¶De ſancto laurentio. Oratio.
DA nobis quęſumus omnipotens deus vitiorum no
ſtrorum flammas extinguere: qui beato laurentio
martyri tuo tribuiſti tormētorū ſuorū incēdia ſupare. p.
¶Tiburtii martyris. Oratio.
BEati tiburtii nos domine foueant continua præſi-
dia: quia non deſinis propitius intueri: quos talibus
auxiliis conceſſeris adiuuari. per do.
In vigila aſſumptionis beatæ marię. Oratio.
DEus qui virginalem aulam beatę mariæ in qua ha-
bitares eligere dignatus es: da quęſumus vt ſua nos
defenſione munitos: iocundos faciat ſuæ intereſſe feſtiui-
tati. Qui viuis & regnas deus Sacra.
Munera noſtra domine apud clementiam dei genitricis
cōmendet oratio: quam iccirco de pręſenti ſeculo tranſtu
liſti: vt ꝓ peccatis noſtris apud te fiducialiter intercedat. p.
Concede quæſumus omnipotens Poſt commu.
deus fragilitati noſtræ præſidiū: vt qui ſanctę dei genitri-

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

cis requiem celebramus: interceſſionis eiꝰ auxilio a nr̄is
iniquitatibus reſurgamus. per eundē. In die. Orō.
VEneranda nobis domine huiꝰ diei feſtiuitas opē cō
ferat ſalutarē: in qua ſancta dei genitrix mortem ſu-
biit tēporalē: nec tamē mortis nexibus deprimi potuit: q̄
filium tuū dn̄m nr̄m de ſe genuit incarnatū. Qui. Sacra.
Subueniat domine plebi tuę genitricis oratio: quā et ſi ꝓ
cōditiōe carnis migraſſe cognoſcimꝰ: in cœleſti gloria ꝓ
nobis apud te orare ſentiamꝰ: Per eundem. Poſt cōmu.
Menſæ cœleſtis participes effecti imploramꝰ clemētiam
tuā domine deus noſter: vt q feſta ſanctę dei genitricis co-
limus: a cunctis malis imminentibus eius interceſſioni-
bus liberemur. per eundē. Octaua die ſancti laurentii.
BEati laurentii quęſumꝰ domine nos faciat paſſio ve
neranda lętantes: & vt eam ſufficiēter recolamus di-
gnos efficiat. per dominum. Sacra.
Beati laurentii martyris tui honorabilem paſſionē mune
ribꝰ domine geminatis exequimur: q̄ licet ꝓpriis ſit me-
moranda principiis: indeſinēter tamē ꝑmaneat gl'ioſa. p.
Solēnis domine nobis interceſſio beati lau- Poſt cō.
rentii martyris tui quęſumus prędſtet auxiliū: vt cœleſtis
menſę participatio quā ſumpſimꝰ: tribuat eccleſię tuę re-
cenſitam lętitiā. per do. Agapiti martyris. Oratio.
LEtetur eccleſia tua deꝰ beati agapiti martyris tui cō
fiſa ſuffragiis: atq; eius precibus glorioſis: & deuota
permaneat & ſecura conſiſtat. per.
¶ Octaua die ſanctę marię. Oratio.
FAmulorū tuorū quęſumꝰ domine delictis ignoſce:
vt qui tibi placere de actibus noſtris nō valemꝰ geni
tricis filii tui dn̄i noſtri interceſſione ſaluemur. per eūdē.
¶ Timothei & ſimphoriani. Oratio.
BEnedictio tua domine impleat corda fideliū taleſq;
efficiat: qui & martyrū tuorū timothei & ſimpho-

riani paſſionem honorificēt: & remedia ſalutis ęternę co-
rundē patrocinantibꝰ meritis aſſequantur. per dominū.
Bartholomei apoſtoli. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus: qui huius diei venerā-
dam ſanctamq; lętitiā: in beati apoſtoli tui bartho-
lomei feſtiuitate tribuiſti: da eccleſię tuę quęſumꝰ: id ama
re quod credidit & prædicare quod docuit. Per dominū.
¶ Auguſtini epiſcopi. Oratio.
ADeſto ſupplicationibꝰ noſtris omnipotens deus: &
quibus fiduciā ſperandæ pietatis indulges: interce-
dē te beato auguſtino cōfeſſore tuo atq; pōtifice: cōſuetæ
miſericordię tribue benignus effectum. per dominum.
Herini atq; iuliani. Oratio.
DEus q beatos martyres tuos herinū atq; iulianū vir
tute conſtantię in paſſiōe roboraſti: ex eorū nobis
imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpi-
cere & nulla eius aduerſa formidare. per dominum.
Decolatio ſancti ioannis baptiſtæ. Oratio.
SAncti ioannis baptiſtę & martyris tui domine q̄ſu-
mus veneranda feſtiuitas: ſalutaris auxilii nobis prę-
ſtet effectū. per do. Felicis & adaucti. Oratio.
MAieſtatem tuā ſupplices depcamur: vt ſicut nos iu-
giter ſanctoꝝ tuoꝝ felicis & adaucti cōmemoratio-
ne lętificas: ita ſemper ſupplicatione defendas. per.
¶ Egidii abbatis. Oratio.
PRetēde nobis domine miſericordiā tuā: & beati egi-
dii abbatis interceſſio cuius nos dediſti patrociniis
adiuuari/tribue vt maieſtatē tuā iugiter exoret ꝓ nobis. p.
OMnipotens ſempiterne deꝰ: Antonini. Orō.
O fideliū indeficiēs conſeruator: qui glorioſi martyris
tui antonini claſicare dignatꝰ es ſolēnitatē: exaudi preces
ſupplicantis eccleſię & pręſta: vt quod deuote expetit: eo
ſuffragante conſequi mereatur. per dominum noſtrum.

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

Natiuitatis ſanctę marię virginis. Oratio.
SVpplicationē ſeruorū tuorū deus miſerator exaudi:
vt q in natiuitate dei genitricis mariæ cōgregamur:
eius interceſſionibꝰ a te de inſtātibꝰ periculis eruamur. p.
Vnigeniti tui dñe nobis ſuccurat humanitas: Sacra.
vt qui natus de virgine. matris integritatē nō minuit ſed
ſacrauit: in natiuitatis eius ſolemniis a noſtris nos piaculis
exuens: oblationem noſtram ſibi faciat acceptā. Qui te.
Sumpſimus domine celebritatis annuę Poſt cōmu.
votiua ſacramēta: præſta quęſumus: vt temporalis nobis
vitę remedia præbeant & ęternę. per dominū noſtrum.
COncede q̄s omnipotēs Adriani martyris. Orō.
deus: vt ſancti adriani martyris tui ſociorumqꝫ eius
venerāda feſtiuitas ſalutaris auxilii pręſtet augmentū. per.
Exaltatio ſanctę crucis. Oratio.
DEus q nos hodierna die exaltatiōis ſcē crucis ānua
ſolēnitate lętificas: pręſta q̄s: vt cuius myſteriū in ter-
ra cognouimus eius redemptionis pręmia conſequi me-
reamur. Per eundem dominum. Sacra.
Ieſu chriſti domini noſtri corpore & ſanguine ſignati: per
quē crucis eſt ſanctificatū vexillū: quæſumꝰ domine deus
noſter: vt ſicut illā adorare meruimus: ita perennitatis eius
gloria ſalutari potiamur effectu. per eundē. Sacra.
Quęſumus omnipotens deus vt quos diuina facis parti-
cipatiōe gaudere: humanis nō ſinas ſubiacere periculis. p.
Sanctorum martyrū cornelii & cipriani. Orō.
INfirmitatem noſtram quęſumus domine propitiꝰ
reſpice: & mala omnia quę iuſte meremur: ſanctorū
martyrum tuorum cornelii & cipriani interceſſione auer-
te. per dominum. Sancti nicomedis. Oratio.
ADeſto dñe populo tuo: vt beati nicomedis marty-
ris tui merita pręclara venerantes: ad impetrandam
miſericordiam tuā ſemp eius patrociniis adiuuemur. per.



In vigilia ſancti matthęi apoſtoli. Oratio.
DA quęſumus omnipotens deus: vt beati matthęi
apoſtoli tui & euangeliſtę quam pręuenimus: vene-
randa ſolemnitas: & deuotionē nobis augeat & ſalutē. p.
BEati matthei apoſtoli tui In die. Oratio.
& euangeliſte quęſumus domine precibus adiuue-
mur: vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet: eius nobis
interceſſione donetur. per. Sacra.
Supplicationibus apoſtoli tui matthęi & euāgeliſtę quę-
ſumus domine: tuę eccleſię oblatio accepta reddatur: atqꝫ
magnificis eius prędicationibus ſemper erudiatur: & de-
uota permaneat. Per dominum noſtrum.
Mauricii. Exuperii. Innocentii martyrū. Oratio.
DEus qui es omnium ſanctorū tuorum ſplendor mi-
rabilis: quiqꝫ hunc diem in honore beatorum mar-
tyrum tuorum mauricii. exuperii. candidi. victoris. inno-
centii. & vitalis ſociorūqꝫ eorum martyrio conſecraſti: da
eccleſię tuæ de eorū lætari ſolēnitate: vt apud miam tuam
exemplis eorum & meritis adiuuemur. per dominum.
Coſmę & damiani. Oratio.
PReſta quæſumus oīpotēs deus: vt qui ſanctorū mar-
tyrū tuorū coſmę & damiani natalicia colimꝰ: a cun-
ctis malis iminentibꝰ eorū interceſſionibꝰ liberemur. p.
Sancti michaelis archangeli. Oratio.
DEus qui miro ordine angelorū miniſteria hoīmqꝫ
diſpenſas: cōcede ꝓpitius: vt a quibus tibi miniſtrā-
tibus in cœlo ſemper aſſiſtitur: ab his in terra noſtra vita
muniatur. Per dominum. Sacra.
Hoſtias tibi dñe laudis offerimꝰ ſupplicit deprecātes: vt
eaſdē āgelico ꝓ nobis interueniēte ſuffragio: & placatꝰ ac-
cipias: & ad ſalutē nr̄am ꝑuenire cōcedas. per. Poſt cō.
Beati archangeli tui michaelis interuētiōe ſuffulti: ſuppli-
citer te dñe deprecamur: vt quod ore proſequimur: con-

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

tingamus & mente.per. Sancti hieronymi. Oratio.
SAncti nos domine hieronymi natalicia votiua lętifi-
cent & ſuę beneficiis interceſſionibus attollant. per.
Remigii & germani. Oratio.
EXaudi domine populũ tuũ & ſanctoꝝ cõfeſſorum
tuorũ remigii: germani: & vedaſti antiſtitum ſolẽnia
celebrantes: tẽporalis vitę nos tribue pace gaudere: & ęter-
num reperiri ſubſidium. per domitum noſtrum ieſum.
Sancti franciſci confeſſoris. Oratio.
DEus qui eccleſiã tuã beati franciſci meritis. fœtu no-
uę prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatiõe
terrena deſpicere: & cœleſtiũ donorũ ſemp participatio-
ne gaudere.per. Marci papæ. Oratio.
EXaudi domine preces noſtras: & interueniẽte beato
marco confeſſore tuo atqꝫ põtifice: ſupplicatiões no-
ſtras placatus intende.per. Calixti papę. Oratio.
DEus qui nos cõſpicis ex nr̃a infirmitate deficere: ad
amorem tuũ nos miſericorditer ꝑ ſanctorũ tuorum
exempla reſtaura.per. Lucę euangeliſtę. Oratio.
INteruenuiat ꝓ nobis domine q̃s ſanctus lucas euãgeli-
ſta: qui crucis mortificationẽ iugiter in ſuo corpore
ꝓ tui nominis amore portauit.per. Sacra.
Donis cœleſtibus da nobis domine quęſumus libera ti-
bi mente ſeruire: vt munera quę deferimus: interueniente
beato euangeliſta tuo luca & medelã nobis operentur &
gloriam.per dominum noſtrum. Poſtcommu.
Repleti domine benedictiõe cœleſti ſuppliciter exoram⁹:
vt qđ fragili celebramus officio: beati luce euangeliſtę tui
nobis ꝓdeſſe ſentiamus auxilio.per dominum noſtrum.
In feſto vndecim millium virginum. Oratio.
QVęſum⁹ oĩpotens deus: qui nos beatarum virginũ
& martyrum annua ſolẽnitate lętificas: tu piis preci-
bus noſtrorum peccatorum remiſſionẽ tribue: quatenus

recto tramite ad ꝑpetuam beatitudinem mereamur fœ-
liciter peruenire. Per dominum noſtrum.
In vigilia apoſtolorum ſimonis & iudæ. Oratio.
COncede quęſumus omnipotens deus: vt ſicut apo-
ſtolorũ tuorũ ſimonis & iudę glorioſa natalicia prę-
uenimus ſic ad tua beneficia ꝓmerenda maieſtatẽ tuam ꝓ
nobis ipſi præueniant. per dominũ. In die.
Deus qui beatos apl'os tuos ſimonẽ & iudã ad agnitionẽ
tui noĩs venire tribuiſti: da nobis eorũ gl'iam ſempiternã
& ꝓficiendo celebrare: & celebrãdo ꝓficere.ꝑ. Poſt cõ.
Perceptis domine ſacramẽtis ſupplices te rogamus: vt in-
tercedentibus beatis apoſtolis tuis ſimone & iuda: q̄ pro
illorũ venerãda gerimus paſſione: nobis ꝓficiant ad me-
delam.per. ¶ In vigilia oĩm ſanctorum. Oratio.
DOmine de⁹ noſter multiplica ſup nos gratiã tuam:
& quorũ preuenimus glorioſa ſolẽnia: tribue ſubſe-
qui in ſancta ꝓfeſſione lęticiam. per dominum. Sacra.
Altare tuũ domine muneribꝰ cumulamus oblatis: da q̄ſu-
mus: vt ad ſalutem noſtrã oĩm ſanctorũ tuorũ deꝓcatiões
ꝓficiãt quorũ ſolẽnia vẽtura præcurrimus.ꝑ. Poſt cõ.
Sacramentis domine & gaudiis optata celebritate exple-
tis: quæſumus vt eorum precibus adiuuemur: quorum
recordationibus exhibentur.per. In die. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus: qui nos oĩm ſanctorũ
merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: q̄ſum⁹:
vt deſideratam nobis tuę propitiationis abundantiã: mul-
tiplicatis interceſſoribꝰ largiaris. Per dominũ noſtrum.
¶ In cõmemoratione fideliũ defunctorum. Oratio.
FIdelium deus oĩm conditor & redemptor aĩabus fa-
mulorũ famularumqꝫ tuarũ remiſſionẽ cunctorum
tribue peccatorũ: vt indulgentiam quã ſemp optauerunt
piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis. Sacra.
Hoſtias quęſum⁹ domine quas tibi ꝓ animabus famulo-



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

rum famularumqꝫ tuarum offerimus propitiatus inten-
de:vt quibus fidei chriſtiane meritum contuliſti : dones
& premium.per chriſtū. Poſt commu.
Animabus queſumus dn̄e famulorū famularūqꝫ tuarū
omniumqꝫ fidelium defunctorū oratio ꝓficiat ſupplicā-
tium:vt eas & a peccatis omnibus exuas:& tuę redēptio-
nis facias eſſe participes. Qui viuis & regnas.

Sancti theodori martyris.

DEus qui nos beati thedori martyris tui confeſſione
glorioſa circundas & ꝓtegis: prę̄ſta nobis eiꝰ imita
tione proficere:& oratione fulciri.per dn̄m noſtrum.

In feſto quattuor coronatorum. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotēs deus/vt qui glorioſos
martyres fortes in ſua confeſſione cognouimꝰ:pios
apud te in noſtra intercesſione ſentiamus.Per dominū.

❡Sancti martini epiſcopi. Oratio.

DEus q cōſpicis qa ex nulla nr̄a virtute ſubſiſtimꝰ:cō
cede ꝓpitiꝰ vt interceſſiōe beati martini cōfeſſoris
tui atqꝫ pōtificis cōtra oīa aduerſa muniamur.p. Sacra.
Da miſericors deus vt hęc nos ſalutaris oblatio:intercedē
te beato martino cōfeſſore tuo atqꝫ pontifice: & a ꝓpriis
reatibus indeſinenter expediat:et ab oībus tueatur aduer
ſis.per dominum noſtrum. Poſt commu.
Pręſta quęſumus dn̄e deus noſter: vt cuius feſtiuitate voti
ua ſunt ſacramenta:eius interceſſione nobis ſalutaria red-
dātur.p. Sancti bricii epiſcopi. Oratio.

DA quęſumus oīpotens deus: vt beati bricii cōfeſſo-
ris tui atqꝫ pōtificis venerāda ſolēnitas et deuotionē
nobis augeat et ſalutē.p. Sanctæ eliſabet. Oratio.

TVorū corda fideliū deꝰ miſerator illuſtra et beatę eli
ſabeth p̄cibus glorioſis fac nos ꝓſpera mūdi deſpi
cere:et cœleſti ſemp cōſolatione gaudere. per dominum.

Sanctę cecilię virginis. Oratio.

DEus qui nos ānua beatę cecilię virginis & martyris
tuę ſolēnitate lętificas:da vt quā veneramur officio
etiā pię cōuerſatiōis ſequamur exemplo. per dominum.

DEus qui nobis ānua De ſancto clęmente. Orō.
beati clæmētis martyris tui atqꝫ pōtificis ſolēnitate
lętificas:cōcede ꝓpitius:vt cuius natalicia colimus:virtutē
quoqꝫ paſſiōis imitemur.p. Scę̄ catherinę virg.Orō.

DEus qui dediſti legē moyſi ī ſummitate mōtis ſinai:
et in eodē loco corpus be tę catherinæ virginis et
martyris tuę per ſanctos angelos tuos mirabiliter collo-
caſti:cōcede ꝓpitius:vt eiꝰ meritis & interceſſiōe ad mon
tem qui chriſtus eſt valeamus peruenire.per eundem.

DEus qui vnigeniti filii tui De ſancta cruce.Orō.
dn̄i nr̄i ieſu chriſti p̄cioſo ſanguine viuifice crucis
vexillū ſanctificare voluiſti: concede q̄s:eos qui eiuſdē ſan
ctę crucis gaudent honore:tua quoqꝫ vbiqꝫ protectione
gaudere.p. Alia orō de cruce tēpore reſurrectionis.

DEus q ꝓ nobis filium tuū crucis patibulū ſubire vo
luiſti:vt inimici a nobis expelleres poteſtatē cōcede
nobis famulis tuis: vt reſurrectiōis gratiā cōſequamur.p.
Purifica nos miſericors deus vt eccleſię tuę Sacra.
preces quę tibi gratę ſunt pia munera deferētes:fiant ex-
piatis mentibus gratiores.per dominum. Poſt com.
Largire ſenſibus noſtris omnipotens deus:vt per tempo
ralem filii tui mortem quam myſteria veneranda teſtant̄:
vitā nobis te dediſſe perpetuam confidamus.Per eundē.

❡Oratio beatę marię.

DEus qui ſalutis ęternę beatę marię virginitate fœcū
da:humano generi pręmia pręſtitiſti:tribue quęſu
mus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus : per quā
meruimus autorem vitæ ſuſcipere. Dominum noſtrum
ieſum chriſtum filium.Qui. Alia oratio.

COncede nos famulos tuos q̄ſumus dn̄e deꝰ perpe-



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

tua mētis & corporis ſalute gaudere: & glorioſa beatę ma-
riæ ſemper virginis interceſſione a præſenti liberari tri-
ſticia: & æterna perfrui læticia. per dominum. Sacra.
Tua domine ꝓpitiatione et beatę marię ſemper virginis
interceſſione: ad ꝑpetuam atqꝫ præſentē hæc oblatio no
bis ꝓficiat proſperitatem & pacem. per. Poſt commu.
Sumptis domine ſalutis noſtræ ſubſidiis: da ꝗſumus bea-
tæ mariæ ſemper virginis nos patrociniis vbiqꝫ protegi
in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maieſtati. per do.

¶De omnibus ſanctis. Oratio.

COncede quæſumus omnipotēs deus: vt interceſſio
nos ſanctę dei genitricis ſemperqꝫ virginis mariæ:
ſanctorumqꝫ oīm cœleſtium uirtutū: & beatorū patriar-
charū: prophetarum: apoſtolorum: martyrū: confeſſorū:
atqꝫ virginū: & oīm electorum tuorum vbiqꝫ lętificet: vt
dum eorum merita recolimus: patrocinia ſentiamus. per.

Alia oratio de omnibus ſanctis.

ACunctis nos quęſumus domine mentis & corpo-
ris defende periculis: & ītercedēte dei genitrice ma-
ria: & beatis apoſtolis tuis petro & paulo atqꝫ beato domi
nico: cum oībus ſanctis ſalutem nobis tribue benignꝰ &
pacem vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis
eccleſia tua ſecuta ſibi ſeruiat libertate. per eū. Sacra.
Mūdet & muniat nos quæſumus domine diuini ſacramē
ti munus oblatum: & intercedēte beata dei genitrice ma-
ria: & beatis apoſtolis tuis petro & paulo atqꝫ beato dñi-
co cum omnibus ſanctis: a cunctis nos reddas & peruerſi-
tatibus expiatos: & aduerſitatibus expeditos. per eundē.

Pro quacunqꝫ neceſſitate. Oratio.

INeffabilem miām tuā dñe nobis clæmenter oſten-
de: vt ſimul nos a peccatis omnibus exuas: & a pœnis
quas pro his meremur eripias. per dominum. Poſt com.
Præſta quæſumus domine: vt ęternis effectibus expiati:

ad ſuperni plenitudinem ſacramenti: cuius libauimꝰ ſan-
cta: tendamus. per dominum noſtrum.

¶Pro papa. Oratio.

DEus omnium fideliū paſtor & rector: famulum tuū
N. quem paſtorem eccleſiæ tuę pręeſſe voluiſti: pro
pitius reſpice: da ei quęſumus: verbo & exemplo quibus
præeſt proficere: vt ad vitam vna cum grege ſibi credito
proficiat ſempiternam. per dominum noſtrum.

¶Pro tribulatione eccleſię. Oratio.

ECcleſię tuę domine preces placatus admitte: vt de-
ſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis ſecura
tibi ſeruiat libertate. per dominum noſtrum.

¶Pro peccatis. Oratio.

EXaudi quæſumus domine ſupplicū preces: & con-
fitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indul
gentiam tribuas benignus & pacem. per.

Pro prædicatoribus. Oratio.

COrda famulorum tuorū dñe illumina ſpiritus ſan-
cti gratia: & ignitum eis colloquiū dona: & qui tuū
prædicant verbum: largire virtutis augmentū. ꝑ. Sacra.
Famulis tuis domine verbum tribuę gratioſum: & mu-
nera oblata ſanctificans: corda eorum in ſalutari tuo quæ
ſumus viſita. per dominum. Poſt commu.
Conſerua domine famulos tuos vnigeniti tui corpore &
ſanguine ſuſcepto: & tuum nunciantibus verbum largi-
tatem tribue gratiarum. per dominum noſtrum.

Pro familiaribus. Oratio.

DEus qui charitatis dona: per gratiam ſancti ſpiritus
tuorum cordibꝰ fidelium infudiſti: da famulis & fa-
mulabus tuis: pro quibus deprecamur tuam clemētiam:
ſalutem mentis & corporis: vt te tota virtute diligant: &
quę tibi placita ſunt tota dilectione perficiant. per dñm.

¶Pro pace. Oratio.

DEus a quo ſancta deſideria: recta cōſilia: & iuſta ſunt
opera: da ſeruis tuis illā quā mundus dare nō poteſt
pacem: vt & corda noſtra mādatis tuis dedita & hoſtium
ſublata formidine tēpora ſint tua ꝓtectione trāquilla. p.
Deus qui credentes in te populos nullis ſinis Sacra.
concuti terroribus dignare preces & hoſtias dicatę tibi
plebis ſuſcipere: vt pax tua pietate cōceſſa tibi chriſtiano-
rum fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. p. Poſt com.
Deus autor pacis & amator quē noſſe ē viuere: cui ſeruire
regnare eſt: protege ab oībus impugnationibꝰ ſuppli-
ces tuos/ vt qui in defenſiōe tua cōfidimus: nulliꝰ hoſtilita
tis arma timeamus. per. Pro iter agētibus. Orō.
ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris: & viam famu-
lorū tuorū in ſalutis tuę proſperitate diſpone: vt in
ter oēs vię & vitę huius varietates/ tuo ſemper protegan-
tur auxilio. per dominum. Sacra.
Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris: & has oblatio-
nes quas tibi offerimus ꝓ famulis tuis benignus aſſume
vt viā illorū & precedente gratia tua dirigas: & ſubſequen
te comitari digneris: ut de actu atq; incolumitate eorum
ſecundū miſericordię tuę pręſidia gaudeamus. per do.
OMnipotēs ſempiterne deꝰ ¶ Pro infirmis. Orō.
ſalus ęterna credentium: exaudi nos ꝓ famulis tuis:
ꝓ quibus mīę tuę imploramꝰ auxilium/ vt reddita ſibi ſa
nitate gratiarum tibi in eccleſia tua referāt actionem. per.
Deus cuius nutibus vitę noſtrę momenta Sacra.
decurrunt: ſuſcipe preces & hoſtias famulorum tuorum:
pro quibus ęgrotantibus miſericordiā tuā imploramꝰ:
vt de quorū periculo metuimus: de eorū ſalute lętemur. p.

¶ Ad poſtulandam pluuiam.

DEus in quo viuimus: mouemur & ſumus: pluuiam
nobis tribue congruentem: vt pręſentibꝰ ſubſidiis
ſufficienter adiuti: ſempiterna fiducialius appetamus. p.

¶ Pro ſerenitate. Oratio.

AD te domine clamantes exaudi: & aeris nobis ſere-
nitatem tribue ſupplicantibus: vt qui iuſte pro pec
catis noſtris affligimur: miſericordia tua perueniente clę
mentiam ſentiamus. per dominum noſtrum.

Pro pręlatis & congregatione.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: qui facis mirabilia ma-
gna ſolus: prętende ſuper famulos tuos & ſuper cun
ctas congregationes illis cōmiſſas ſpiritum gratię ſaluta-
ris: & vt in veritate tibi cōplaceāt perpetuum eis rorē tuę
benedictionis infunde. Per. Pro rege. Oratio.
QVeſumus omnipotēs deus vt famulus tuus rex no
ſter qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula
virtutum etiam omnium a te capiat incrementa: quibus
decenter ornatus: vitiorum monſtra deuitare: & hoſtes ſu
perare: & ad te q via veritas & vita es: gratioſus valeat per-
uenire. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum.

Pro tentatis & tribulatis. Oratio.

DEus qui iuſtificas impium & non vis mortem pec
catorum: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur
vt famulos tuos de tua miſericordia confidentes: cœleſti
protegas benignus auxilio: & aſſidua protectione conſer
ues: vt tibi iugiter famulentur: & nullis tentationibus a te
ſeparentur. Per dominum noſtrum.

Ad inuocandam gratiam ſanctiſpiritus. Oratio.

DEus cui omne cor patet & omnis volūtas loquitur:
& quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſio
nem ſpiritusſancti cogitationes cordis noſtri: vt te perfe-
cte diligere: & digne laudare mereamur. Per. in vnitate.

Contra tentationem carnis. Oratio.

VRe igne ſanctiſpiritus renes noſtros & cor noſtrum
domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus: & mūdo
corde placeamus. Per. in vnitate eiuſdem.





@ Bizkaiko Foru Liburutegia

¶Pro epiſcopo. Oratio.

DEus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulum tuū
pontificali feciſti dignitate vigere: preſta queſumus
vt eorum quoq; perpetuo aggregetur conſortio. per do.

Pro viro defuncto. Oratio.

INclina domine aurā tuā ad preces nr̄as quib⁹ miſe=
ricordiam tuam ſupplices deprecamur: vt animā fa=
muli tui: quā de hoc ſeculo migrare iuſſiſti: in pacis ac lu=
cis regione conſtituas: & ſanctorum tuorum iubeas eſſe
conſortem. per dominum. Pro femina. Oratio.

QVæſumus domine ꝑ tua pietate miſerere anime fa
mule tue: & a contagiis mortalitatis exutam in eter=
ne ſanatiōis partem reſtitue. p. In anniuerſario. Orō.

DEus indulgentiarum domine: da animabus famulo
rum famularumq; tuarum: quorū anniuerſariū de=
poſitionis diem commemoramus: refrigerii ſedem: quie=
tis beatitudinem & luminis claritatem. per dominum.

Pro fratribus familiarib⁹ & benefactoribus. Orō.

DEus venie largitor & humane ſaltis amator: quæſu=
mus clementiā tuam: vt noſtre congregationis fra=
tres familiares: & benefactores: qui ex hoc ſeculo tranſie=
runt: beata maria ſemper virgine intercedente cum om=
nibus ſanctis: ad ꝑpetue beatitudinis cōſortiū peruenire
cōcedas. per dominum. Pro parentibus. Oratio.

DEus qui nos patrem & matrem honorare precepi=
ſti: miſerere clæmēter animabus parentum noſtro=
rum: eorumq; peccata dimitte: noſq; cum eis ī eterne cla=
ritatis gaudio fac viuere. per dominum noſtrum.

¶Pro familiaribus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: cui nunq̄ ſine ſpe miſe
ricordiæ ſupplicatur: propitiare animabus famulo
rum famularumq; tuarum: vt qui de hac vita in tui nomi
nis confeſſione deceſſerunt: ſanctorum tuorū numero fa=
cias aggregari. per dominum noſtrum.

Pro his qui in cemiterio requieſcunt. Oratio.

DEus cuius miſeratione anime fidelium requieſcunt:
famulis & famulabus tuis omnibus hic & vbiq; in
chriſto quieſcentibus da propitius veniam peccatorū: vt
a cunctir reatibus abſoluti tecum ſine fine letentur. per.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui viuorum domina
ris ſimul & mortuoꝝ omniūq; miſereris: quos tuos
fide & opere futuros eſſe ꝑnoſcis: te ſuppliciter exoramus
ut pro q̄bus effundere preces decreuimus: quoſq; vel pre
ſens adhuc ſæculum in carne retinet: vel futurū iā exutos
corpore ſuſcepit: pietatis tue clæmentia: omniū delicto=
rum ſuorū veniā: & gaudia conſequi mereantur eterna. p.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

PIetate tua queſumus domine noſtrorum ſolue vin=
cula omnium delictorū: & intercedēte beata & glo=
rioſa ſemperq; virgine dei genitrice maria cum omnib⁹
ſanctis tuis: nos famulos tuos & omnem populū catholi=
cum: in omni ſanctitate cuſtodi: omneſq; cōſanguinitate
ac familiaritate vel cōfeſſione & oratiōe nobis iunctos: vi
tiis omnibus purga: virtutibus illuſtra: pacem & ſalutem
nobis tribue: hoſtes viſibiles & inuiſibiles remoue: ami=
cis & inimicis noſtris veram charitatem largire: & oībus
fidelibus viuis ac defunctis vitam & requiem æternā con
cede. per eundem. Pro vitanda mortalitate.

DEus qui non mortem ſed pœnitentiā deſideras pec
catorum: populū tuū queſumus ad te conuerte pro
pitius: vt dum tibi deuotus exiſtit: iracundie tue ab eo fla
gella ſemper amoueas. per dominum noſtrum.

¶Orationes domini noſtri ieſu chriſti. Oratio.

IEſu nazarene reſpice tribulationes q̄ circundederūt

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

nos vndiq;:& deprecor te toto corde contrito & humili
ac in ſpū humilitatis:vt exaudias me de tribulatione:pro
pter quā te inuoco & ꝓclamo alpha & o:ieſu chriſte bene
dicte:pater omnium credentiū:atq; oīm creaturarum:&
ſicut verā carnē de beata virgine maria ſuſcepiſti:ita vera-
citer accipiamus quod a te petimus. Qui viuis & regnas.

Pro tribulatione. Oratio.

DEus qui contritorum non deſpicis gemitus: & cre-
dentium in te nō ſpernis affectum:intercedentibus
oībus ſanctis tuis adeſto p̄cibus noſtris quas tibi pro tri-
bulatione noſtra effundimus eaſq; clementer ſuſcipi tri-
buas:vt quicquid cōtra nos diabolicę atq; humanę mol
liūtur aduerſitatum fraudes:ad nihilū redigantur:& cōſi-
lio pietatis tuæ allidantur:vt nullis aduerſitatibus lęſi: ſed
de omni tribulatione & anguſtia erepti:leti in eccleſia tua
ſancta tibi gratias referamus. Qui viuis & regnas deus.

Pro ſemetipſo. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: tuæ gratię pietatē ſup
plici deuotiōe depoſco:vt oīm malorum meorum
vinculo ſoluas:cunctiſq; meis criminibus & peccatis clæ
menter ignoſcas:& quia me indignū & peccatorē ad mi
niſterium tuum vocare dignatus es:ſic me idoneum mi-
niſtrum tibi efficias:vt ſacrificium de manibus meis pla
cide ac benigne ſuſcipias:electorumq; ſacerdotū me par-
ticipem facias:& de præceptis tuis in nullis oberrare me
permittas. Per dominum noſtrum. Sacra.

Deus qui te pręcipis a peccatoribus exorari:tibiq; ſacriſi-
ciū contriti cordis offerri:hoc ſacrificiū qđ indignis ma-
nibꝰ meis offero:acceptare digneris: & vt ipſe tibi hoſtia
& peccatorum meorum percipiam remiſſionem. per.

Deus qui viuorum es ſaluator omnium: Poſt com.
qui non vis mortem peccatorum:nec lętaris in ꝑditione
morientiū:te ſuppliciter deprecor:vt per hæc ſancta quę



ſumpſi: concedas mihi veniam delictorum meorū vt ad
miſſa defleam: & deflenda poſtmodum non admittam:
vt cū mihi extrema dies finiſq; vitę meę aduenerit: mun
datum a delictis oībus me angeli ſancti tui ſuſcipiant. p.

De ſancto emerico. Oratio.

DEus qui emericum iuuenili flore nitentē in ſanctorꝝ
confeſſorum tuorum conſortium ſublimaſti:præ-
ſta quęſumus:vt quem tibi feciſt eſſe deuotū:& eius apud
te perpetuum ſentiamꝰ auxilium. Per dominum noſtrū.

De quinq; plagis domini noſtri ieſu chriſti. Orō.

DOmine ieſu chriſte fili dei viui qui de cœlis ad terrā
de ſinu patris deſcendiſti & in ligno crucis quinq;
plagas ſuſtinuiſti:& ſanguinē tuū pręcioſum in remiſſio-
nem peccatorum noſtrorum fudiſti:te humiliter implo-
ramus:vt in die iudicii ad dexterā tuam audire mereamur
venite benedicti patris mei. Qui viuis et regnas.

De tribus magis. Oratio.

DEus qui tres magos orientales/gaſpar/ melchior/et
balthaſar:ad filii tui domini noſtri ieſu chriſti cuna
bula:vt eum myſticis adorarent muneribus:ſine impedi
mento duxiſti:et reduxiſti:concede famulis tuis:vt in hoc
itinere quod peracturi ſunt: per ipſorū triū regū pias in-
terceſſiones et merita: pacem et proſperitatem ac ſanita-
tem:quatenus ipſo vero ſole:vera ſtella: et vero lumine du
cente ad loca optata:ſine offenſione et impedimento per-
uenire mereantur. Per eundem dominum noſtrum.

¶De diuiſione apoſtolorum. Oratio.

DEus qui diuiſionem apoſtolorū tuorum
hodierna die ꝑ mundū fieri in tua ꝓuidē
tia p̄ordinaſti:vt ī vna fidei gratia gentiū
ꝑ orbē vbiq; diſperſa vocaret̄ ecclīa: da
nobis ꝑ ſupplicationem ipſorū veniam
promereri peccatorū:quorū vera p̄dicatione ad tui ſancti

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

nominis perueniamus agnitionem.per dominũ nr̃m.
De ſancto ſtephano rege & cõfeſſore vngarorũ. Oratio.
DEus qui beatum ſtephanum regem et confeſſorem
tuum terreni imperii gloria & honore coronaſti:et
ſanctorum tuorum ſocietate ſublimaſti:pręſta quęſumus:
vt quem panonia habuit diuinę religionis doctorem in
terris: eum modo eccleſia tua mereatur habere defenſo-
rem in cœlis.per. De ſancto gregorio pro defunctis.
OMnipotens ſempiterne deus:qui nos beati gregorii
confeſſoris tui atqꝫ pontificis cõmemoratione lętifi
cas concede propitus: vt qui eius pręcibus & meritis de-
functorũ animas:ſupplicíis miſericorditer liberaſti.libe-
res quoqꝫ eiuſdem piis ſuffragiis animam famuli tui.N.a
tormentis ęternis:ereptamqꝫ cœleſtiũ bonorũ facias eſſe
conſortem.per dominum noſtrum.
Hęc oratio dicatur ante benedictiones ſequentes.
DEus q famulo tuo moyſi ĩ liberatione populi tui de
egypto:agnum occidere iuſſiſti in ſimilitudinẽ dñi
noſtri ieſu chriſti:et vtroſqꝫ poſtes domorum de ſangui-
ne huius angni perungi pręcepiſti:ita benedicere & ſan-
ctificare digneris hanc creaturaum carnis:quã nos famu-
li tui ad laudem tuam ſumere deſideramus: per reſurrectio
nem domini noſtri ieſu chriſti.Qui tecum viuit & reg.
Benedictio carnium vel auium. Oratio.
DIgnare domine deus omnipotens benedicere & ſan
ctificare has ouium ſiue auium carnes vt quicũqꝫ ex
populis tuis fideliter de eis comederint:omni benedictio
ne cum gratia ſaturati repleantur bonis. per dominũ.
Benedictio caſei & ouorum. Oratio.
DEus creator & conſeruator generis hũani:dator gra
tię ſpiritualis:largitor ęternę ſalutis dñe:effunde be-
nedictionem tuam ſuper hanc creaturam caſei & ouorũ:
vt armati cœleſti defenſione: quicunqꝫ ex eis guſtauerint:

ſibi proficiat ad ęternam ſalutẽ.p. ¶Benedictio panis.
DOmine ſancte pater omnipotens ęterne deus:bene
dicere digneris hunc panem tua ſancta ſpirituali be
nededictione:vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis &
corporis: atqꝫ cõtra oẽs morbos & vniuerſas inimicorũ
inſidias tutamen.per. Benedictio loci vel domus.
BEnedic domine deus omnipotens locum iſtum:vel
domum iſtam:vt ſit in eo vel in ea ſanitas:caſtitas:vi-
ctoria:virtus:humilitas:bonitas:& mãſuetudo:plenitudo
legis & gratiarũactio deo patri & filio & ſpirituiſancto: &
hęc benedictio maneat ſuper hunc locum : vel ſup hanc
domum:& ſuper habitantes in eo vel in ea.per chriſtum.
Benedictio vniuſcuiuſqꝫ rei.
BEnedic domine creaturam iſtam.N.vel.N. vt ſit re-
medium ſalutare generi humano: & pręſta p inuo-
cationem tui ſancti nominis:vt quicũqꝫ ex ea ſumpſerint
vel guſtauerint: corporis ſanitatẽ & aĩæ tutelã pcipiant.p.
Benedictio nouorum fructuum.
BEnedic domine hũc fructum nouũ arborum vt hi
qui vtunť eo: ſint mẽte & corpe ſanitati reſtituti .p.
Benedictio vuæ vel fici.
BEnedic domine hos fructus nouos vuę ſiue ficuum
quos tu domine per rorem cœli: & inundantiã plu
uiarum:& tempora ſerena atqꝫ trãquilla: ad maturitatem
producere dignatus es pcipiendos nobis cum gratiarum
actione.per chriſtũ do. Benedictio ouorum.
SVbueniat quęſumus domine tuę benedictiõis gra-
tia huic ouorum creaturę:de qua pullos gallinarum
procreare dignatus es:vt cibus ſalubris fiat fidelibus tuis
in tuarum gratiarũactione ſumentibus.per chriſtũ.
De orationibus ad cathecuminum faciendum.
OMnipotẽs ſempitarne deus:pater domini noſtri ie-
ſu chriſti reſpicere dignare ſup hũc famulũ tuũ.N.

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

quem ad rudimēta fidei vocare dignatus es: omnem cęci-
tatem cordis ab eo expelle: diſrūpe omnes laqueos ſatha-
nę quibus fuerat colligatus. Per dominum noſtrum.
Aperi ei domine ianuam pietatis tuę: et ſigno ſapiētię tuę
imbutus: omnium cupiditatum fetoribꝰ careat et ad ſua-
uem odorem pręceptorum tuorum lętus tibi in eccleſia
tua deſeruiat: et proficiat de die in diem vt idoneus efficia-
tur accedere ad gratiam baptiſmi tui percepta medici-
na. Per eundem dominum noſtrum. Alia oratio.
Preces noſtras quęſumꝰ domine clemēter exaudi et hūc
electum tuum crucis dominicę impreſſione quem ſigna-
mus: virtute cuſtodi: vt magnitudinis glorię rudimēta ſer-
uans per cuſtodiam mandatorū tuorū ad regenerationis
gloriam peruenire mereatur. per dominum. Alia oratio.
Deus qui humani generis ita es conditor: vt ſis etiam re-
formator: propitiare populis adoptiuis: et nouo teſtamē-
to ſobolem nouę prolis aſcribe: vt filii tui promiſſionis
quod non potuerunt aſſequi per naturam gaudeant ſe re-
cepiſſe per gratiam. per eundem. Benedictio ſalis.
EXorcizo te creatura ſalis in nomine dei patris omni-
potentis: et in charitate domini noſtri ieſu chriſti: et
in virtute ſpiritusſancti. Exorcizo te ꝑ deum viuum et ve-
rum: ꝑ deum qui te ad tutelam humani generis ꝓcreauit:
et populo venienti ad credulitatem per ſeruos ſuos con-
ſecrari præcepit: vt in nomine ſanctæ trinitatis efficiaris
ſalutare ſacramentum: ad effugandum inimicū: proinde
rogamꝰ te dñe deus noſter: vt hāc creaturā ſalis ſanctificā-
do ſanctifices: benedicendo benedicas: vt fiat oībus acci-
pientibus perfecta medicina permanēs in viſceribus eo-
rum: in noīe dñi nr̄i ieſu chriſti: qui venturus eſt iudicare
viuos et mortuos et ſęculū per ignē. Accipe ſal ſapiētię: ꝑ
quod ꝓpitiatus ſit tibi deus in vitam ęternā. Orō.
DEus patrum noſtrorū: deus vniuerſę cōditor verita-
tis te ſupplices exoramus: vt hūc famulū tuū. N. reſpicere
digneris ꝓpitius: et hoc primū pabulū ſalis guſtantē nō
diutius eſurire permittas: quominꝰ cibo expleat cœleſti
quatenꝰ ſit ſemꝑ dñe ſpiritu ferueñs: ſpe gaudēs: tuo ſemꝑ
nomini ſeruiēs: et perduc eum ad nouæ regenerationis la-
uachrū: vt cum fidelibus tuis: ꝓmiſſionū tuarum æterna
pręmia conſequi mereatur. Per.
Deus abraā. deus iſaac. deus iacob: deꝰ qui moyſi famulo
tuo in monte ſynai apparuiſti deputans eis angelum pie-
tatis tuę: qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quęſumus dñe
vt mittere digneris ſanctum angelum tuū: vt ſimiliter cu-
ſtodiat et hūc famulū tuū. N. et ꝑducat eum ad gratiam
Ergo maledicte diabole recognoſce (baptiſmi tui.
ſententiā tuam: et da honorē deo viuo et vero: da honorē
ieſu chriſto filio eius et ſpirituiſancto: vt exeas et recedas
ab hoc famulo dei. N. quia iſtum ſibi deus et dñs noſter
ieſus chriſtus ad ſuā ſanctā gratiā: et benedictonē: fonteqꝫ
baptiſmatis dono vocare dignatꝰ eſt: et hoc ſignū ſanctæ
crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole
nunqꝫ audeas violare. per eundē. Super fœminas.
DEus cœli: deus terrę: deus angelorū: deus archāgelo-
rū: deus ꝓphetarū: deus apl'orū: deus martyrū: deus
cōfeſſorū: deus virginū: deus omne bene viuētium: deus
cui oīs lingua cōfitetur: omne genuflectitur cœleſtiū ter-
reſtrium & infernorum: te inuoco domine ſuper hanc fa-
mulam tuam. N. vt perducere eam digneris ad gratiam
baptiſmi tui. Per dominum. Super maſculos.
DEus immortale præſidium poſtulantium: libera-
tio ſupplicum: pax rogantium: vita credentium: re-
ſurrectio mortuorū / te inuoco dñe ſuper hūc famulū tuū
N. qui baptiſmi tui donū petens æternā conſequi gratiā
ſpūali regeneratione deſiderat accipe eum dñe: & quia di-
gnatus es dicere: petite & accipietis: quærite & inuenietis:

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

pulſate & aperietur vobis: petenti p̄mium porrige: & ia-
nuam pande pulſanti: vt ęternā cœleſtis lauachri benedi-
ctionem conſecutus: promiſſa tui muneris regna perci-
piat. Per dominum noſtrum.
Audi maledicte ſathana adiuratus per nomen æterni dei
& ſaluatoris noſtri ieſu chriſti filii eius: cum tua victus in-
uidia tremens gemenſq; diſcede: nihil tibi ſit cōmune cū
ſeruo dei iam cœleſtia cogitanti: renunciaturo tibi ac ſęcu
lo tuo: & beatę immortalitati victuro: da igitur honorem
aduenienti ſpirituſancto paracleto qui ex ſumma cœli ar-
ce deſcēdens: perturbatis fraudibꝰ tuis: diuino fonte pur
gatum pectus: ideſt ſanificatum deo templum & habita
culum perficiat: & ab omnibus penitus noxiis pręteri-
torum criminum liberatus: ſeruus dei effectus: gratias pe
renni deo inferat ſemper: & benedicat nomen eius ſan-
ctum in ſęcula ſęculorum. Amen. ¶ Super fœminas.

DEus abraā. deus iſaac. deus iacob: deus qui tribus
iſrael de ęgyptia ſeruitute liberaſti: & ꝑ moyſen fa-
mulum tuum de cuſtodia mandatorum tuorum in deſer
to monuiſti: ſuſannā de falſo crimine liberaſti: te ſupplex
domine deprecor: vt liberes et hanc famulam. N. et ꝑdu-
cere eam digneris ad gratiam baptiſmi tui.

¶ De maſculis.

EXorcizo te immūde ſpiritus in nomine patris et fi
lii et ſpiritusſancti: vt exeas et recedas ab hoc famu-
lo dei. N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate: qui
pedibus ſuis ſupra mare ambulauit: et petro mergenti dex
teram porrexit. Super fœminas.
Exorcizo te immunde ſpiritus per patrem et filium et ſpi
ritum ſanctum: vt exeas et recedas ab hac famula dei. N. ip
ſe enim tibi imperat maledicte dānate: q cœco nato ocu-
los aperuit: et quatriduanum lazarum de monumento
ſuſcitauit. Oratio.



Eternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor domi-
ne ſancte pater omnipotens ęternæ deus luminis & verita
tis ſuper hūc famulum tuum. N. vt digneris eum illumi-
nare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum & ſanctifica:
& da ei ſcientiam veram: vt dignus efficiatur accedere ad
gratiam baptiſmi tui: teneat formam ſpem conſilium re-
ctum: doctrinam ſanctam: vt aptus ſit ad percipiendā gra
tiam baptiſmi tui. Per chriſtum dominum noſtrum.

NEc tē latet ſathana imminere tibi pœnas: īminere
tibi tormenta: imminere tibi diem iudicii: diē ſup-
plicii ſempiterni: diem qui venturus eſt velut clibanus ar-
dens: in quo tibi atq; vniuerſis angelis tuis æternꝰ veniet
interitus. Proinde damnatæ atq; damnandæ: da honorē
deo viuo & vero: da honorem ieſu chriſto filio eius & ſpi
rituiſancto: in cuiꝰ nomine atq; virtute pręcipio tibi qui-
cunq; es ſpiritus immunde: vt exeas & recedas ab hoc fa
mulo dei: quem hodie deus & dominus noſter ieſus chri
ſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionē fontemq;
baptiſmatis dono vocare dignatus eſt: vt fiat eius templū
per aquam regenerationis: in remiſſionem omniū pec-
catorum: in nomine eiuſdē domini noſtri ieſu chriſti qui
vēturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſęculū ꝑ ignem.
Effeta quod eſt aperire. In odorem ſuauitatis. Tu autem
effugare diabole: appropinquauit enim iudicium dei.

¶ Ad benedictionem aquæ. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: adeſto magnæ pietatis
tuæ myſteriis: adeſto ſacramentis & ad recreādos no
uos populos quos tibi fons baptiſmatis parturit: ſpiritū
adoptionis emitte: vt quod noſtræ humilitatis gerendū
eſt myſterio: tuę virtutis impleatur effectu. Per dominū.

¶ Pręfatio ad benedicendum aquam baptiſmatis.

QVi inuiſibili potentia ſacramentorum tuorum mi
rabiliter operaris effectum: & licet nos tātis myſte-



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

riis exequendis ſimus indigni: tu tamen gratiæ tuę dona
non deſerens: etiam ad noſtras preces aures tuæ pietatis
inclinas. Deus cuius ſpiritus ſuper aquas inter ipſa mundi
primordia ferebatur: vt iam tunc virtutem ſanctificatio-
nis aquarum natura conciperet. Deus qui nocentis mun-
di crimina per aquas abluens: regenerationis ſpeciem in
ipſa diluuii effuſione ſignaſti: vt vnius eiuſdemq; elemēti
myſterio: & finis eſſet vitiis: & origo virtutibus. Reſpice
domine in faciem eccleſiæ tuę: & multiplica in ea regene
rationes tuas: qui gratiæ tuæ affluentis impetu lætificas
ciuitatem tuam: fontemq; baptiſmatis aperis toto orbe
terrarum gentibus innouandis: vt tuę maieſtatis imperio
ſumat vnigeniti tui gratiā de ſpiritu ſancto. Qui hāc aquā
regenerādis hominibus pręparatam: arcana ſui luminis
admixtione fœcundet: vt ſanctificatione concepta: ab im
maculato diuini fontis vtero in nouam renatam creaturā
progenies cœleſtis emergat. Et quos aut ſexus ī corpore:
aut etas diſcernit in tempore omnes ī vnam pariat mater
infantiā. Procul ergo hinc: iubente te domine: omnis ſpi
ritus immundus abſcedat: procul tota nequitia diaboli-
cę fraudis abſiſtat. Nihil hic loci habeat contrarię virtu-
tis admixtio: non inſidiādo circūuolet: non latendo ſurri-
piat: non inficiendo corrūpat. Sit hęc ſancta innocēs crea
tura: libera ab omni impugnatoris incurſu: & totius ne-
quitiæ purgata diſceſſu: ſit fons viuus: aqua regenerās: vn
da purificans: vt omnes hoc lauachro ſalutifero diluendi
operante in eis ſpiritu ſancto: perfectę purgationis indul-
gentiam conſequantur. Vnde benedico te creatura aquę
per deum viuum: per deum ſanctum: per deum qui te in
principio: verbo ſeparauit ab arida: cuius ſpiritus ſuper te
ferebatur in mundi creatione. Qui te de paradiſo mana-
re fecit & in quattuor fluminibus totam terrā rigare p̄ce
pit. Qui te in deſerto amarā: ſuauitate indita fecit eſſe pota

bilem: & ſitienti populo de petra produxit: vnde benedi
co te per ieſum chriſtum filium eius vnicum dominum
noſtrum: qui te in chana galileæ ſigno admirabili ſua po
tentia conuertit in vinum. Qui pedibus ſuper te ambula
uit: & a ioāne in iordane ī te baptizatus eſt. Qui te vna cū
ſanguine de latere ſuo produxit: & diſcipulis ſuis iuſſit: vt
credentes baptizarentur in te dicens. Ite & docete omnes
gentes: baptizātes eos in nomine patris & filii. &c. Orō.
Hęc nobis præcepta ſeruantibus tu deus omnipotēs clę-
mens adeſto: tu benignus aſpira: tu has ſimplices aquas
tuo ore benedicito: vt pręter naturalē emūdationē quam
lauandis poſſint adhibere corporibus: ſint etiam purificā
dis tibi mentibus efficaces. Oratio.
Deſcendat in hāc plenitudinem fontis virtus ſpiritusſan-
cti totamq; eius ſubſtantiam regenerandi fæcundet effe-
ctu: hic omnium peccatorum maculę deleantur: hic natu
ra ad imaginem tuam condita: & ad honorē ſui reforma
ta principii cunctis vetuſtatis ſcaloribꝰ emūdetur. vt om-
nis homo hoc ſacramentum regenerationis ingreſſus: in
verę innocentiæ nouam infantiam renaſcatur. per dn̄m.
Sanctificetur & fœcūdetur fons iſte renaſcētibus ex eo in
vitam æternā. In noīe patris & filii & ſpūſſancti. Amen.
Abrenūcias ſathanę & omnibus operibus eius: abrenū-
cio. Et ego te lineo oleo ſalutis in chriſto ieſu dn̄o noſtro
vt habeas vitā ęternā & viuas in ſęcula ſæculorū. Amen.
Deus omnipotens pater domini noſtri ieſu chriſti: qui te
regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto: quiq; dedit tibi re-
miſſionem omnium peccatorum: ipſe te lineat in vitam
æternam. Amen.
Accipe veſtem ſanctam candidam & immaculatam: quā
p̄feras ante tribunal domini noſtri ieſu chriſti: vt habeas
vitam æternam & viuas in ſęcula ſæculorum. Amen.
Accipe lampadem ardentem irrepręhenſibilem: cuſtodi

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

baptiſmum tuum: vt cum venerit dominꝰ ad nuptias cū
omnibus ſanctis: poſſis ei occurre in aula cœleſti: vt ha-
beas vitam ęternam & viuas in ſæcula ſęculorū. Amen.

¶ Dñica in ramis palmarum benedictiones ſuper ramos.

DEus cuius filius pro ſalute generis huma
ni de cœlo deſcēdit ad terras: & appropin
quante hora paſſiōis ſuę hieroſolymam
in aſina venire: & a turba rex appellari ac
laudari voluit: benedicere dignare hos
palmarum cæterarumq; frōdiū ramos:
vt omnes qui eos laturi ſunt in manus ſuas tuis ita benedi
ctionibꝰ repleantur: quatenus & in hoc ſæculo hoſtis an
tiqui tentamenta ſuperare: & in futuro cum palmis victo
rię: & fructu bonorum operum: tibi valeant apparere.

¶ Alia oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus: q̃ noe famulo tuo oſtē-
diſti diluuii effuſionem: & per os colūbæ geſtantis
ramum oliuę pacem terræ redditam renunciare voluiſti:
te ſupplices deprecamur: vt hanc creaturam oliuarum ſi-
ue cæterarū frondium quam ante conſpectū gloriæ ſuæ
offerimus: potentia tua ſanctifices: vt eas deuotus popu-
lus in manibus ſuſcipiens benedictiōis tuę gratiam con-
ſequi mereamur. ¶ Alia oratio.

Petimus te domine ſancte pater omnipotens æterne deꝰ:
vt reſpicere digneris ſuper hanc creaturam oliuæ & pal-
mæ: cæterarumq; frondiū: quam in ligni materia perdu
cere iuſſiſti: cū colūba rediēs arcam: proprio protulit ore:
benedicere & ſanctificare digneris hos ramos: vt quicū-
q; ex eis acceperint: ſibi ad perfectionē animæ & corpo
ris: & fiant noſtrę ſalutis remedium: & tuæ gratiæ ſacra-
mentum. ¶ Alia oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui diſperſa congregas:
& congregata conſeruas: qui populis hominū & ramos
portantibus benedixiſti: benedic hos ramos palmæ &
oliuę cęterarumq; frondium: quos filii tui ad honorem
nominis tui ſuſcipiunt: vt quocunq; loco introducti fue-
rint: tuæ benedictionis conſequantur effectum: vt omni
aduerſa valitudine effugata dextera tua protegat: quos re
demit. Per dominum. Alia oratio.

¶ Canticum angelorum.

GLoria in excelſis deo. Et in terra pax hominibꝰ bo
nę voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adora
mus te. Glorificamus te. Gratias agimꝰ tibi propter ma
gnam gloriam tuam. Domine deus rex cœleſtis deus pa
ter omnipotens. Domine fili vnigenite ieſu chriſte. Do-
mine deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mū
di miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi: ſuſcipe de-
precationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram patris: mi
ſerere nobis: Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus domi-
nus. Tu ſolus altiſſimus ieſu chriſte. Cum ſancto ſpiritu:
in gloria dei patris. Amen.

¶ Symbolum patrum.

CRedo in vnum deum patrem omnipotētem facto-
rem cœli & terræ: viſibilium omnium & inuiſibi-
lium. Et in vnum dominum ieſum chriſtum filium dei
vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſæcula. De-
um de deo: lumen de lumine: deum verum de deo vero.
Genitum non factum conſubſtantialem patri per quem
omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter
noſtram ſalutęm deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de
ſpirituſancto ex maria virgine: & homo factus eſt. Cruci-
fixus etiam pro nobis ſub poncio pilato paſſus & ſepul-
tus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundū ſcripturas. Et aſcen-
dit in cœlum ſedet ad dexteram patris. Et iterum ventu-
rus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni
non erit finis. Et in ſpiritumſanctum dominum & viuifi-



@ Bizkaiko Foru Liburutegia

cantem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre & filio ſimul adoratur & conglorificatur: qui locutꝰ eſt per prophetas. Et vnam ſanctam catholicam et apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionē peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

¶ Sequuntur decem præcepta decalogi

¶ In tabulis binis lex eſt depicta petrinis.

VNum cole deum: ne iures vana per illum.
Sabbata ſanctifices. caros venerare parentes.
Noli mechari. Noli de cede notari.
Furta caue fieri. non ſis teſtis niſi veri.
Non cupias nuptas. nec queras res alienas.

¶ De ſeptem articulis diuinitatis.

Articulus primus monſtrat ꝙ ſit vnus deus.
In patremq; ſequens dicit ꝙ credere debes.
Tertius in natum te cogit credere chriſtum.
Quartus te cogit in ſanctum credere pneuma.
Credas in quinto deitate cuncta creaſſe.
Sextus ait crede: dominus peccata remittet.
Omnes ſurgemus ſeptenus dicit aperte.

¶ De ſeptem articulis humanitatis.

Conceptus. natus. paſſus. deſcendit ad ima.
Surgit. & aſcendit. veniet diſcernere cuncta.

¶ De ſeptem ſacramentis eccleſiæ.

Abluo. firmo. cibo. piget. vxor. ordinat. vngit.

¶ De ſeptem operibus miſericordię ſpūalibus.

Conſule. carpe. doce. ſolare. remitte. fer. ora.

¶ De ſeptē operibus miſericordiæ corporalibus.

Viſito. poto. cibo. redimo: tego. colligo. condo.

¶ De ſeptem pecatis mortalibus.

Laudis amore tumens miſeraq; cupidine auarus.
Inuidus. iracundus. iners. guloſus. amator.

¶ De tribus virtutibus theologicis.

Chriſticolę virtus amor eſt tibi. ſpeſq;. fideſq;.

¶ De quattuor virtutibus cardinalibus.

Eſt iuſtus. fortis. eſt prudens. atq; modeſtus.

¶ De quinq; ſenſibus corporeis.

Viſus. odoratus. cum guſtu. tactus. & auris.

¶ Finis.

¶ Compluti in Aedibus Michaelis de Eguia. Anno domini milleſimo quingēteſimo vigeſimooctauo tertio idus Iulii.

la miſſa

la miſſa primera del mes de março tengo dicho
por mi y quãdo me muriere tengo de dezir
vna botina

@ Bizkaiko Foru Liburutegia

g Juan papa mar
a german obispo
b
c s. felipe papa
d sta. petronila
Junius
e nicomedi martir
f marcelino epdes
g
a
b bonifacio obispo
c
d
e medardo obispo
f primo e feliciano
g
a s. bernabe
b bernabe apostol
c s. antonio de padua
e s. vito y modesto
f s. ciriaco e julita
g
a s. marco e marceliano
b s. gervas e s. protas
c s. silvestre papa
d
e

g ...
a s. ... de ...
b s. juan e san pablo martires
c
d
e s. pedro e s. pablo apos
commemoracion de s. pablo
...
...
...
d ... martir
e ... martir
f ...
g
a
b siete hermanos martires
c pio papa e martir
d nabor e felix martires
e privado martir
f sol en leon
g
g
a catalina de ... apostolo
b s. alexo confesor
c sta. sinphoriana martir
d
e marina virgen
f vitor martir
g maria madalena ...
a ...